¶ Iſido. de ſummo bono. Quiſquis peccatorum memoria compungitur ad lamenta: tunc dei ſe viſitari ſciat pſentia. quãdo ex eo quod ſe admiſiſſe recolit interius erubeſcit: ſuoꝯ ſe iudicio penitendo tam punit. ¶ Auguſtinus de trini. Nihil vtile eſt vt meminerim virium mearum: fratreſꝯ meos admoneam vt meminerint ſuarum: ne vltra ꝙ tutum eſt progrediatur humana infirmitas. ¶ Ambroſius apolo. Sapiens ſi epuletur: ſi cogitet: ſi oret ac deprecetur: ante oculos eius ſemper error eſt propius: ꝛ momentis omnibus pulſat culpa conſcientiam. nec quieſcere: nec obliuiſci ſinit. ¶ Piero. Nec dauid. Infra lib. iij. de familiaritate. ¶ Joh. Chriſo. Si accubueris. li. iij. de diſcuſſiõe. ¶ Idem ſuper epiſtolam ad heb. Nullum inuenitur delectorum tale remedium ſicut eorum continuata memoria. ¶ Bernard. de conſidera. Inter alia conſideranda qualis ſis ꝛ qualis fueris ad memoriam reuocandum ẽ. conferenda ſunt enim poſteriora prioribus ꝛ priora ſequentibus: vtrum ne profeceris in virtute an ſapientia: an intellectu: an ſuauitate morum: aut ab his forte quod abſit defeceris. ¶ Idẽ Tertia contemplatio. Infra lib. iij. de contemplatiõe. ¶ Idem in epiſto. Iturus ad ſomnũ ſemp aliquid tecũ defer in memoria vel cogitatiõe i quo placide obdormias: qõ nonnũꝯ etiã ſomniare iuuet. ¶ Idem ſup cant. Is qui Chriſto paſſo pie compatit: compungit ꝛ mouet facile ad memoriam eorum que pſulit atqꝫ iſtius ſuauitate deuotionis paſcit ꝛ confortat: ad quem ſalubria: honeſta: pia. ¶ Seꝛ. in epi. Aliquis vir bonus eligẽdus ẽ: atqꝫ ſemper ante oculos habendus. vt ſic tanꝯ illo ſpectante viuamus. ꝛ omnia tanꝯ illo videre faciamus. O felicem qui ſic aliquem verere poteſt vt ad memoriam quoꝯ eius ſe cõponat atqꝫ ordinet.

¶ De intelligẽtia. c.xxix.

ORego in moza. Ne ꝛ auctorem ſuum hõ ſuperbiat: pſideret vñ huc venit. ꝛ intelligat quid ſit. ¶ Idem. Dũ penſamus ꝗles erga aliquos ſumus: eſſe circa nos tales alios minus dolemus: quia aliena iniuſtitia i nobis vindicat quod in

se iuste cõscientia nra accusat. ¶ Idē. Qui plenissime intelligere appetit q̃ lis est: talis nunquam debet cõspicere qualis nõ est: vt ex bonorũ forma meliatur quantũ ipe deserto bono deformis est. ¶ Idē. Tũc vere cognoscim⁹ bona nostra vnde sunt: quãdo hec q̃si amittendo sentimus/quia a nobis seruari non possunt. ¶ Idē. Sancti omnes quando in dei visione proficiunt: quãto magis diuinitatis interna conspiciũt: tãto magis se nihil esse cognoscunt: nusq̃ ꝙppe legit ꝙ Abrahã cinerem & puluerẽ se esse professus est: nisi cũ habere meruit dei colloquiũ. ¶ Idem. Sancti viri ingenij virtutẽ ad agnoscendã infirmitatẽ propriam dirigunt: atq; ex infirmitatis sue melius cognitione cõualescũt. ¶ Idem. Munq̃ deus mẽtẽ deserit: que in peccatis se veraciter agnoscit. ¶ Idem. Sancti viri minime. Infra de exercitio. lib. iiij. ¶ Idē. Nemo fortitudinẽ suam nisi cum rectus esse ceperit deprehẽdit. Nam q̃ omnino peruersus est: neq; hoc põt videre qõ est. ¶ Idē. Nulla est cognitio reprehensionis si nõ sequant etiam lamenta penitudinis. ¶ Idē. In hoc mũdo dũ viuim⁹: tunc perfecte que scienda sunt scim⁹: cum proficientes per intelligentiam nil nos perfecte scire cognoscimus. ¶ Idē. Vera scientia afficit: nõ extollit, nec supbiẽtes quos impleuerit: sꝫ lamentantes facit. ¶ Idē. Sepe dum quosdam. Infra lib. iij. de discordia. ¶ Idem in regist. Bonarũ mentiũ est etiã ibi aliquo mõ culpas suas agnoscere vbi culpa nõ est. ¶ Idē sup Eze. Recte ꝓphetia dicitur nõ q; predicit ventura: sed q; prodit occulta. Idem Spiritus prophetie nec semp nec eo dẽ modo ꝓphete animũ tãgit. Nota. ¶ Idem. Aliquãdo prophetie spirit⁹ prophetis deest: nec semp eorũ mentibus presto est: quatenus cũ hunc non habent se hunc agnoscãt ex dono habere cũ habẽt. ¶ August. de ciui. dei. Tria sunt que i vnoquoq; homine artifice spectanꝫ vt aliqd efficiat/natura/doctrina/ vsus. Natura ingenio: doctrina scientia: vsus fructu diudicandus est. ¶ Idē. Multa ad fidẽ catholicã pertinentia dũ hereticoꝝ callida inquietudine exagitantur: vt aduersus eos defendi possint: & considerant intelligentiue: & intelligunt clarius: & instantius predicanꝫ: & aduersario mota questio discendi nobis existit occasio. ¶ Idē de. lxxxiij. questionibus. Nullũ bonũ perfecte nosci tur: quod nõ perfecte amat. ¶ Idem de doctria christiana. Disputationis disciplina ad oia genera questionũ q̃ in litteris sanctis sunt per intellectũ penetranda & dissoluenda plurimum valet: tantũ ibi cauenda est libido riparandi. ¶ Idē. Bonorũ ingeniorũ insignis est indoles in verbis verũ amare nõ verba. ¶ Idē de bono perseue. Nõ simus in disputationibus prompti: et in orationibus pigri. ¶ Idē de trinit. lib. iiij. Scientiã terrestriũ celestiũq; rerũ magni estimare solet genus hũanũ: in quo profecto meliores sunt qui huic scientie preponũt nosse semetipsos: laudabiliorq; est animus cui nota est infirmitas sua. q̃ q̃ ea nõ prospecta vias syderũ scrutat: ignorãs viã qua ingrediat ad celũ. ¶ Isido. de sum. bo. Nihil peius q̃ culpã agnoscere nec deflere. ¶ Cassio. in lib. de aia. Mimia magnitudo est suã intelligere paruitatẽ: nec prealet hoc ipm nosse: nisi cũ ceperint diuina patescere. ¶ Bern̄. in medita. Ab exterioribus ad interiora redeã: ab inferioribꝰ ad superiora ascẽdã: vt possim cognoscere vnde venio, aut quo vado: quid sim/ vel vnde sim: vt per cognitionem mei possim peruenire ad cognitionem dei. ¶ Idem in epla. O vtinã saperes & intelligeres ac nouissima prouideres. Saperes que dei sunt: intelligeres que mũdi sunt: prouideres que inferni sunt: profecto inferna horreres superna appeteres: que sunt mũdi cõtemneres. ¶ Idē. Qui perfecte se examinando agnoscit: suo peccato nullius peccatũ par estimat qõ nõ sicut

suū intelligit. ¶ Idē super Cāntic. Est quidē quantū in se est oīs scientia bona: quę tamē veritati subnixa sit: si tu qui cum timore ⁊ tremore tuā ipsius operari salutē p̄cepisti breuitate festinas: ea scire prius ampliusq; curato: quę p̄esentis vitę noxia saluti. ¶ Idē. An nō inflationes ⁊ torsiones in cōscientia sustinebit q̄ huiusmodi est sciens videlicet bonū: ⁊ nō faciēs: an nō respōsum mortis ⁊ damnationēs in semetipso habebit: quotiens in mētem venerit sermo q̄ dixit dns: q; seruus sciēs volūtatē dñi sui ⁊ non faciens: digne vapulabit plagis multis. ¶ Idē in serm. Sup oēs docētes me intellexi. Quare inquā: Nūquid q; bysso ⁊ purpura me indui. q; lautionibus epulis abūdaui. nunquid q; Platonis argutias aut Aristotelis versutias intellexi. aut vt intelligerē laborauī: Absit inquā. Sed quia testimonia tua exquisiui. ¶ Idē. Oīās sanctus quidam. Deus inq̄t nouerim me: nouerim te. breuis oratio sed fidelis. Hec est enim vera philosophia: et virtutū cognitio p̄orsus necessaria ad salutē. Ex priori siq̄dē timor cōcipitur ⁊ humilitas: ex posteriore spes ⁊ charitas generat. ¶ Boetius. Humane nature. Infra. lib. iii. de ignoātia. ¶ Ansel. Primus gradus. li. iiij. de humilitate. ¶ Glo. Luc. vj. Vbi manus donū scientie: ibi trangressoris minoris subiacet culpe. ¶ Sen. in epistola. Quare liberalib⁹ studijs filios erudimus: nō q; virtutē dare possunt: sz q; animū ad capiendā virtutē p̄parant. ¶ Idē. Si perpendere te voles sepone pecuniā: domum: dignitatem: intus teipsum cōsidera: nec qualis sis alius crede. ¶ Idem. Initiū salutis est notitia peccati. Nā qui peccare se nescit corrigi non vult.

¶ De prouidētia. Ca. xxx.

Origo. in Hoza. Nō valde est importabile ex dolore ostēdit cōsideratiōe puida ⁊ remuneratione leuigat. ¶ Idē. Is qui cuncta priusq; veniant conspicit: nequaq; postq; aliq̄d fecerit penitendo respicit. ¶ Idē. Qui i dictis suis reprobari metuit: ipse p̄i⁹ debet examinare quod dicit. ¶ Idē. Nil sic ad edomandū desideriorum carnalium appetitū valet. q; vt vnusquisq; hoc q̄ viuū diligit mortuū penset. ¶ Idē. In oīi quod dicit: necesse est vt causa tempus ⁊ persona pensetur: si verba sententie veritas roborat: si hāc tēpus congruū postulat: si veritatē sententie ⁊ congruentia temporis persone qualitas nō impugnat. ¶ Idem super Exe. Sanctoz actio ab omni parte circunspecta est: bona desiderabiliter prouidens: mala solerter cauens sed hoc est laboriosius vbi sanctorum mens inuigilat: ne se ante eoz oculos mala sub bonorū specie abscondant. ¶ Idē in regist. Terribilē iudicem venientem cōsidera: ⁊ de aduētu illius nūc cōscientia tua p̄tremiscat: ne tūc sine causa iam timeat: cum coram illo celū ⁊ terra tremuerit. ¶ Isido. in sy no. Perspice q̄d cui aptū sit tempori quid vbi q̄n quātū q̄diu facere debeas. ¶ Idē. Cū diu cogitaueris tūc fac q̄d p̄obaueris. ¶ Amb. in epla. Bona bona speculatrix cōsiliox suorū est: prius examinat q̄d decoz atq; honestū. ¶ Tullius. Caueto oēs. Infra lib. iii. de fama. ¶ Aug. de singula. cle. Amator est salutis suę: qui cuitat alienę mortis incursum: ⁊ ipse est p̄uidus q̄ solliciti sit cladibus ceteroū. ¶ Bernar. de cōsid. Nō oportet vt vitia domus tue vitimus scias: q̄d q̄plurimis nouimus p̄ntisse: qua p̄opter alius alia dispenset: de disciplina tu p̄uide. ¶ Idē. Spūalis hō ille q̄ oia diiudicat vt ipe a nemine iudicet: omne opus suū terrena quadā cōsideratione p̄ueniet: primū q̄dē an liceat: deinde an deceat: postremo an ⁊ expediat. ¶ Idē. Diligēter vero omne q̄d faciēdum erit tracta apud te: ⁊ cū his q̄ te diligūt tracta ante factū: q; post factū sera retractio. ¶ Idē in medita. Debes domū o anima: sed ci

to casura est:domus tua tu quoq; nisi aliā prouideris vēto z pluuie expohenda.¶Idē in ser. In omnibus operibus tuis memorare nouissima: horrorem mortis:iudicij tremēdū diserimen:ardentis gehenne metū:ab oculis cordis tui nullatenus patiaris elōgari.¶Idē. Cū iudiciū carnis ex anima pendeat:nihil carni potest vtilius q̄ salus aie prouideri:vt videlicet in tēpore sit respectus illi⁹ z socia passionis:felicitatis quoq; cōsortiū mereat

¶De fortitudie. Ca.xxxj.

ORego.in Mora. Justorum fortitudo est:carnē vincere propriis voluptatibus contraire:delectationē vite presentis extinguere:huius mūdi aspera pro eternis premijs amare prosperitatis blādimenta cōtemnere:aduersitatis metū i corde superare.¶Idē. Qui i auctoris sui amore roborantur:quo magis in concupita dei fortitudine conualescunt:eo a ppria virtute deficiūt z quo robustius eterna appetunt:eo fortius a tēporalib⁹ salubri defectione lassant.¶Idē. Tanto se vnusq̄sq; ad fortitudinē pfecisse verius demōstrat:quāto aliena mala equanimius tolerat.¶Idē in regist. Mores meos bene habes cognitos:q; diu porto:si semel deliberauero nō portare contra omnia pricula letus vado.¶Iero.in epistola. Nihil eo fortius q̄ vincit diabolū:nihil imbecillius q̄ qui a carne separatur.¶Idē in ozi.super Isa. Fortitudo atq; cōstantie via regia est:a qua declinat ad dexterā qui temerarius est z pertinax:ad sinistrā q̄ formidolosus est z pauidus.¶August.ad Hieron. de sentētia Jacobi apli. Qui vera virtute fortis est:nec temere audet:nec inconsulte timet.

¶Ambr.de offi. Est fortis q̄ se in dolore aliquo consolat:z reuera iure ea fortitudo vocat cū q̄sq; seipm vincit: irā cōtinet, nullis illecebris emollit atq; iflectit:nō aduersis pturbat:nō extollit scōus:z quasi vēto quodā variarū rerū circūfert mutatiōe.¶Idē Nō i inferenda sed depellēda iniuria lex virtutis est:qui enim nō repellit a socio iniurtā si potest:tam est in vitio q̄ ille q̄ facit.¶Idem. Fortitudo inuicta est ad labores:fortis ad pericula:rigidior aduersus voluptates:dura aduersus illecebras:quibus aurē deferre nesciat:nec vt dicitur aue dicat:pecuniam negligat; auaritiā fugiat tanq̄ labem quandā que virtutē effeminet.¶Idem sup Lucā. Fortitudo animū corpusq; confirmat:nec perturbare sinit timore aliquo vel dolore.¶Seneca in epistola. Sapiens z fortis ad oēm icursum munitus:intentus/non si paupertas/non si luct⁹ non si ignominia:non si dolor impetū faciat:pedē referet interitus:z q̄ illa ibit:z inter illa stabit.¶Idē. Sapiēs virtutē si licebit i diuitus explicabit; si min⁹i pauptate:in patria si poterit/ si min⁹i exilio:si poterit imperator si minus miles si poterit iteger si min⁹ debilis. Multa ifra li.iij.de certamie.

¶De cōstantia. Ca.xxxij.

ORego.in home. Nō nos prospera eleuēt:non aduersa pturbēt:vt qui in soliditate fidei figimur:nequaq; rerū trāscuntiū mutabilitate moueamur.¶Idē i mora. Sanctiviri nec sustinere falsa per infirmitatē metuūt:nec lesi vnq̄ a veritate cōticescūt.¶Idem. Electi ipaque fortiter tolerāt supplicia perhorrescunt:ita vt in eis vno eodēq; tēpore z cōstātia ex virtute sit:z pauor ex carne.¶Idē. Justi viri securitas recte leoni cōparat:q; dū cōtra se quoslibet insurgere cōspicit:ad mētis sue constantiā redit:z scit q; cunctos aduersantes superat:q; illū solū diligit quē inuitus nullo mō amittit.¶Idē. Vir sanctus quo maiore pscutione pmit:eo ad pdicādū veritatē acrius instigat:z cū cōstanter pscutores tolerat:ardent ad se auditores trahere festinat.¶Si semel i appetitu supne patrie forti stabilitate animꝰ figit:mi

nus rerū.tpaliū pturbatione vexaꝝ. ¶ Idē sup Ezec. Timeri ab oībus hō debuerat si ipse auctorem oīm vt hō timuisset.nā q̄ rationis sensum ad timorē dei nō habet:tāto in nullo timē dus est quāto hoc qđ ipse esse debuit nō est. ¶ Idē in regl. Hoc certissime cito q̄ placere deo z prauis hoīb⁹ nullus pōt:tantū ergo se existimet fraternitas tua oīpotēti deo placuisse quāto se peruersis hoīb⁹ displicuisse cognouerit. ¶ Idē. Nullius vos. Infra lib.iij. de tranquillitate. ¶ Aug. in epi. Sēn de Augustino q̄cq̄d libet fola me ī oculis dei pscientia nō accuset. ¶ Idē de ciui. dei. Virtutes habē ti magna virtus est cōtemnere gloriā ¶ Idē. Qui cōtemnit iudicia laudā tiū:premnit etiā suspicātiū temeritatē:quorū tñ si vere bonus est nō cōtēnit salutē. ¶ Idē i ser. Nec valde gaudere debemus q̄n laudamur:nec cōtristari q̄n vituperamur:q; nec dāna re iniuria:nec coronare pōt laus falsa. ¶ Amb. de offi. Bene sibi cōscius falsis non debet moueri:nec estimari plus pōderis in alieno esse cōuitio:q̄ in suo testimonio. ¶ Joh. Chryso. in ser. Quicq̄d terroris habet mundus contemno:q̄cq̄d delectabile habet rideo/diuitias nō cupio/paupertatem nō horresco:mortē nō timeo. ¶ Iero. in epla. Utinā ob dei mei nomē atq; iustitiā vniuersa me ifidelium turba persequat z tribulet:vtinā in opprobriū meū solidus exurgat hic mūdus tñ vt a Christo mercar laudari:z sue pollicitationis superare mercedem. ¶ Idē. Gratias ago meo:q̄ dign⁹ sū habitus quē mūdus oderit. ¶ Idem. Per bonā z malā famā a dextris z a sinistris Christi miles gradit:nec laude extollit:nec vituperatiōe frangit: nō diuitijs tumet:nō cōfundit paupertate:z leta cōtēnit z tristia. ¶ Idē in prolo. sup Hester. Nec affectam⁹ laudes hoīm:nec vituperatiōes expauescim⁹:deo ci placere curātes minas hominū pemt⁹ nō timemus:qñ dissipat deus ossa eoꝝ q̄ hoībus placere desiderāt. ¶ Sene. in epla. Honores z diuitie vulgi in promiscuo sunt habēde: nec his gaudendū:nec illis dolendū. ¶ Idē. Animū excellētē cōstantem z moderatū:z oīa tanq̄ se minora transeūtem: quicq̄d timemus optamusq̄ ridētem celestis potētia agitat:nō potest res tanta sine adminiculo numinis stare. ¶ Idem. Vir bonus qđ honeste se facturꝫ putauerit faciet: etiā si pecuniā auferet:si laboriosū erit:faciet etiā si periculosum erit.rursum qđ turpe erit nō faciet:etiā si pecuniā habebit:etiā si voluptatē/etiā si potentiā z dignitatē:ab honesto nulla re deterrebitur:ad turpia nulla re inuitabit. ¶ Idem. Equo animo audiēda sunt imperitorū conuitia/z ad honesta vadenti contemnendus est ipe cōcept⁹.

¶ De patientia. Ca.xxxiij

¶ Rego. in mo. Nunq̄ est patientie virtus in prosperis.ille autem vere est patiens: q̄ rebus aduersis atteritꝫ:z tamē a spei sue rectitudine non curuatur. ¶ Idē. Tunc vere ostendimus q̄ accepta bona recte tenuimus:cū profecto equanimiter ad mometum sublata toleramus. Idem. Quos ad fortia trahere nitimur: eorum necesse est vt infirma toleremus/quia nec iacentem erigit nisi qui status sui rectitudinem per compassionem flectit. ¶ Idem. Sancti viri patienter audiunt etiam que se nūq̄ fecisse meminerūt.q̄uis ea mala que sibi ingeri conspiciunt: ab ipsis suis criminatoribus nouerīt perpetrata. ¶ Idem. Tunc illata cōuitia bene toleramus/cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur q̄ aliena iniuria percutimur:dum in actione nostra conspicimus:quia peius est supplicium quod meremur. ¶ Idem. super Eze. Linguas detrahentium sicut nostro studio nō debem⁹ excitare ne ipi pereāt.ita p suā malicia excitatas debem⁹ eq̄nimiter tolerare vt nobis meritū crescat. In patientia

vera est que etiam ipsum amat quem portat. Nam tolerare ⁊ odisse non est virtus patientie ⁊ mansuetudinis: sed velamentum furoris. ¶ Idem in dialogo. Ego virtutem patientie ⁊ signis ⁊ miraculis maiorem credo. ¶ Idem in homie. Tribus modis virtus patiētie exerceri solet. alia namq; sunt que a deo. alia que ab antiquo aduersario. alia que a proximo sustinemus. A proximo namq; persecutiones ⁊ damna ⁊ cōtumelias. ab antiquo aduersario tentamenta. a deo flagella toleram⁹. ¶ Idem. Perfecte aduersarius vincit: quando mens nostra ⁊ inter tentamenta diaboli a delectatione atq; cōsensu omnibus modis refrenat: ⁊ inter contumelias proximi custodit ab odio: ⁊ inter flagella dei custoditur a murmuratione. ¶ Idem. Patientia est aliena mala equanimiter perpeti. contra eum quoq; q̄ mala irrogat nullo dolore morderi. ¶ Idem. Ille vere citer. Infra li. iiij. de leticia. ¶ Joh. Chrisо. in ori. super illud Mat. v. Audistis quia dictum est. oculum p oculo ⁊c. Prim⁹ gradus patientie est recipere iniuriam. Secūdus postq̄ recepta est: non velle vindicari. Tertiꝰ est non facere verāti hec que passus est: sed quiescere. Quartus tribuere seipsum in patiendo mala. Quintus ⁊ amplius tribuere q̄ ipse vult qui fecit. Sextus nō odio habere eum qui operatur hec. Septimus est diligere. Octauus ē benefacere. Nonus ⁊ deum pro ipso deprecari. ¶ Idem super Joh. Nō memoriam malorum habeamus in eos qui nos ledunt: sed redarguamus eos ⁊ ploremus: ploratu enī digni sunt: non qui patiuntur: sed qui mala faciunt. Nam seipsos quidē maxime ledunt ⁊ amarus ⁊ calumniator ⁊ quicunq; aliq; aliquod malum facit. nobis autem p̄sunt magnime nisi nosipsos vindicauerimus. ¶ Augustinus super Joh. Pro dilectione dei debemus patienter persecutiones ⁊ mundi odia sustinere. Necesse est enim vt nos oderit quos cernit nolle quod diligit. ¶ Idem i libro de patientia. Nō sicut omnes qui sciunt participes sūt scientie. ita nec omnes qui patiuntur sunt participes patientie. sed qui passione recte vtuntur: hi patientie veritate laudantur: hi patientie munere coronantur. ¶ Idem. Inde est patientia iustorum vera: vnde est in eis charitas dei vera: ⁊ inde est patientia iniquorum falsa: vnde est in eis cupiditas mundi puersa. ¶ Idē. Patientia pauperum Christi: sed vitando: nō heredum Christi nō peribit in eternum non quia illic patiēter ferre debeam⁹ sed quia pro his que hic patiēter pertulimus: illic eterna beatitudine perfruimur. ¶ Idem. Job sustinens i carne dolores suos. in corde errores. alienos: cōiugis corripiebat insipiētiam: amicos docebat sapientiam. ⁊ seruabat vbiq; patientiā. ¶ Idem de mori. ec. Perpetienda sunt vicia multitudinis vt curent: ⁊ prius toleranda q̄s sedanda est pestilentia. ¶ Idem in li. de oribus. Tolera q̄ toleratus es: si semper bonus fuisti habeto miam. si aliq̄n malus fuisti noli pdere memoriam. ⁊ quis est semper bonus? Si te deus diligenter discutiat facilius te inueniet etiam nunc malum: q̄s tu te semp bonū. ergo toleranda sunt zizania inter frumentū. ¶ Idē. Vis desiderio⁹. infra. li. iiij. de deside. ¶ Amb. sup Luc. Xp̄s voluit ab apl̄o suo tradi: vt tu a socio desertus: a seruo p̄ditus: moderate feras tuū errasse iudicium: pisse bñficium. ¶ Biero. i epi. Libens nunc torquenta patiar: vt tūc futura mihi gloria seruet. Non enī iudicabit dñs bis in idipsum. ¶ Isi. de sum. bo. Aduersus conuicium lingue fortitudo est adhibenda patientie: vt tentatio verbi q̄ foris impugnat tolerantie virtute victa discedit. ¶ Ber. in epi. Vera patientia est pati vl agere q̄ quod libeat: sed nō ꝓter q̄d liceat ¶ Idem in sermo. Est homo pacatus qui bona pro bonis reddens q̄tum in se est nemini vult nocere. Est aliꝰ patiens q̄ nō reddens malū p malo etiā

potens est sustinere nocentē. ℨ est etiā pacificus q̄ bona ꝓ malis reddens in ꝓmptu hz ꝓdesse nocenti. ¶ Primus quidem ꝑuulus est ⁊ facile scandalizaſ. nec facile qui hmōi est i hoc seculo nequā ⁊ pleno scandalis poterit obtinere salutē. Scds vt scriptū est i patientia sua possidebit animā suā. Mā tertiꝰ quidē non mō suā possidet sed ⁊ multoꝝ aīas lucrifacit. ℭ Tullius in rheto. ¶ Patiētia ē honestatis aut vtilitatis causa rerū arduarū ac difficilium volūtaria ac diuturna ꝑpessio.

ℭ De pseuerātia. c. xxxiiij.

ORego. in regis. ¶ Magna ē contra petīm virtus pnie si quis in eadem pnia perseueret. ¶ Idē. Illa deo nostro semp opa grata sunt: q̄ a bonis que ceperint nō recedunt. ¶ Idem in moza. In cunctis vigilanter dz se mens circunspicere: atq; in ipsa circunspectionis sue ꝓuidentia pseuerare. ¶ Idē. Bene cepta cunctis diebus agenda sunt: vt cum malum pugnando repellitur: ipsa boni victoria constantie manu teneatur ¶ Idem. Mirum non est si quis bona inchoet: sed valde mirabile est si intētione recta in bono opere perduret. ℭ Aug. de correptiōe ⁊ gratia. ¶ Predestinatorum fides que per dilectionē operaſ: pfecto aut omnino nō deficiet: aut si q̄ sunt quorum deficit reparatur anteq̄ vita ista finiatur. ⁊ deleta que intercurrerat iniquitate vsq; in finem pseuerantia deputaſ. ¶ Idē de coniug. adul. ¶ Que rectissime voluentur cum homines voluerint nulla conditione rumpēda sunt que sine vlla conditione vouerunt. ℭ Ysido. de sum bo. Tunc deo placet nostra conuersatio: quando bonū quod inchoamus perseueranti fine complemus. ¶ Idem in syno. Salus inchoātibus ꝓmittitur: ꝑmium perseuerantibus datur. nō est beatus qui bonum facit sed qui incessabiliter facit. qui eī perseuerauerit vsq; in finem: saluus erit. ℭ Xerī. in epistola. ¶ Perseuerantia sola meretur viribus gloriam: virtutibus coronam. ꝓfus absq; perseuerātia nec qui pugnet victoriam nec palmam victor consequiſ. ¶ Idem. perseuerantia vigor virium. virtutum consummatio: est nutrix ad meritum mediatrix ad premium: soror patientie: constātie filia. amica pacis: amicitiarum nodus: vnanimitatis vinculum: ꝓpugnaculum sanctitatis. ¶ Idem. Tolle perseuerantiam. nec obsequiū mercedem habet: nec beneficium gloriam. nec laudē fortitudo. Denicq; nō qui cepit: sed qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit. ¶ Idem i ser. Mō viuit qui superbia inflatur: qui luxuria inquinatur. qui ceteris quibuscūq; inficiſ pestibus. quoniam nō ē hoc viuere: sed magis vitam confundere: ⁊ appropinquare vsq; ad portas mortis. Bonā autem vitā ego puto: ⁊ mala pati ⁊ bona facere: ⁊ sic perseuarare vsq; ad mortem. ℭ Sen. in episto. ¶ Plus operis in eo est vt ꝓposita custodias q̄ vt honesta ꝓponas. perseuerandum est ⁊ assiduo studio robur addendum donec bona mēs fit quod bona voluntas est.

ℭ De tēperātia. Ca. xxxv.

OReg. in moza. Vs qui preest ea se circa subditos mēsura moderetur: quatenus ⁊ arridens timeri debeat ⁊ iratus amari. vt eum nec nimia leticia vilē reddat: nec immoderata seueritas odiosum. ¶ Idem. Nonnunq; dum nōnulla mēti delectatio surripit temperantia nostra marcet. inq̄stum enim ad delectationem ducimur intantum minus ab illicitis temperamur. ¶ Idē in home. In talibus mentibus dominus pasciſ tur: q̄ per respectu gre temperate corporalibus desideriis nō vtunſ. ¶ Idē in regis. Romanorum semper ab antiquioribus vsus fuit post admixtionē ꝓprie cōiugis lauari ⁊ purificationē querere ⁊ ab ingressu ecclesie paulum reuerenſ abstinere. ¶ Idē Quotiens ira aīm inuadit mentem edoma

vince teipsum: differ tempus furoris cum tranquilla mēs fuerit quod placet iudica. ¶ Idem in pasto. Cum nō malicia sed sola ignorātia vel infirmitate delinquitur: ꝓfecto necesse ē vt magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur. ¶ Aug. de libero arbi. Tēperātia est afflictio coercēs ⁊ cohibēs appetitū ab his reb⁹ q̄ turpiter appetuntur. ¶ Idem de confes. De illecebra odorū non satago nimis cum absunt non requiro: cum adsunt non respuo: semper tamē carere paratus. ¶ Idem de opere monachorum. Tanto glorioſius mens ad superiora ꝓmouet: q̄nto diligentius ab inferioribus concupiscentia cohibet. ¶ Idē de singularitate clericorū. Discere nūc temperantie modum qui per licentiā queris excessum. ama feminas inter sacra solēnia: ⁊ odio habe in communione priuata. ¶ Idē de moribus ecclesie. Omne officium temperantie ē exuere vetere hominem: ⁊ in deo renouari. id est contemnere omnes corporeas illecebras: laudemq̄ populare. totumq̄ amorem ad inuisibilia: ⁊ diuina conferre. ¶ Idē. Curioſi esse ꝓhibemur: quod magne temperātie munus est. ¶ Isid. de sum. bo. Nuic quid nimis ⁊ vltra modum est: perniciosum fit: studiumq̄ suum in contrarium vertit. In omni ergo opere modum ⁊ temperamentum oportet habere. ¶ Idem i syno. In omni re tene temperamentum: nihil intemperantius agas. ne min⁹: ne nimium aliquid. ne vltra q̄ oportet. ne infra: etiam in bonis moderatum esse decet. ¶ Idē. Nue cum temperantia fiūt salubria sunt. ⁊ bona queuis etiam cum immoderato vsu noxia efficiunt. Nimietas eni omnis in vicio deputat. ¶ Bern. de considera. Non est temperantia i solis rescindis superfluis: est etiam in amittendis necessariis. ¶ Tulli⁹ in rheto. Temperantia est rationis in libidinem atq̄ in alios non rectos impetus animi firma ⁊ moderata dominatio: cius partes continentia: clemētia: modestia.

¶ De continentia gustus Capitulum. xxxvj.

OReg. in mora. Per abstinētiam vicia sunt extinguēda non caro. ⁊ tanto quisq̄ sibimet debz moderamie preesse: vt ⁊ ad culpam caro non superbiat: ⁊ tamen ad effectum rectitudinis i opere subsistat. ¶ Idem. Virtus abstinētie aut omnino nulla est: si tantum quisq̄ corpus suum non edomat quantū valet. aut valde inordinata est si corpus aterit plus q̄ ferre valet. ¶ Idem i pasto. Incassum p abstinentiam corpus atteritur si inordinatis dimissa motibus, mens vitijs dissipat. ¶ Idem in home. Qui a paradisi gaudijs per cibum cecidimus: ad hec inq̄tum possum⁹ p abstinentiā resurgam⁹. ¶ Augusti. de confes. Doce me docuisti dominie: vt quemadmodum medicamēta: sic alimenta sumpturus accedam sed cū ad quietem satietatis ex indigentie molestia transeo: in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentie. ¶ Idem de bono coniug. Ad hoc iusti cū opus est prandent: vt tanq̄ boni domini quod bonum ⁊ iustū ⁊ equum ē seruis suis. i. corporib⁹ suis prebeant. ¶ Idem in sermone. Ieiunium purgat mentem: subleuat sensum carnem spiritui subijcit: cor facit contribulatum ⁊ humiliatum quod deus non spernit. ¶ Idem i libro de ieiunio sabba. Sicut quod ait Apostolus verum est. malum est homini qui per offensionem manducat. ita malum est homini qui per offensionem ieiunat. ¶ Johan. Chrysosto. super Joh. Indigentia sicut sanitatis ita delectationis est mater. ¶ Idem super Matth. Qui ieiunat ⁊ peccat: nō ad gloriam dei ieiunat: nec se humiliat: sed substātie sue parcit. ¶ Idem. Per ieiunia cessat. Infra libro. iiij. de conuersione ¶ Ambr. in hexam. Ieiuni hominis sputum si serpens gustauerit moritur Vides quanta vis ieiunij sit vt ex spu

to suo ieiunus homo terrenum serpē-
tem iterficiat. q̄to magis ergo serpē-
tem spiritualem per ieiunij virtutem.
¶ Hieron. in epistola. Modicus ac
temperat⁹ cibus ꝛ carni ꝛ anime vti-
lis est. ¶ Idem. Mōnulli pudicam vi-
tam appetentes in medio itinere cor-
ruunt: dum solam abstinentiam carni
um sufficere putāt ꝛ leguminib⁹ one
rant stomachum. ¶ Idem. Parcus
cibus ꝛ venter semper esuriēs tridua
nis ieiunijs prefertur. ꝛ multo melⁱ⁹
est quotidie parum, q̄ raro satis sume
re. Pluuia enī illa optima est: que sen
sim descendit in terram. subitus autē
ꝛ nimius imber in preceps arua sub-
uertit. ¶ Isido. de summo bono. Ab-
stinentia ꝛ viuificat ꝛ occidit: viuifi-
cat animam ꝛ corpus necat. ¶ Idem
Ieunia cum operibus bonis deo ac
ceptabilia sunt: quia cibis abstinent
ꝛ prava agunt demones imitant⁹: qui
bus esca nō est: ꝛ nequitia semper ad-
est. ¶ Idem spernitur a deo ieunium
quod in vesperum repletiōe ciborum
reficitur: neq̄ enim reputanda est ab-
stinentia vbi fuerit ventris saturitas
subsecuta. ¶ Bernardus in epistola
Obseruandus est sumendi modus et
tempus: cibi quātitas ꝛ qualitas: fu-
gienda quoq̄ sunt superflua ꝛ adulte
rina condimenta. Obseruand⁹ est mo
dus vt non effundat q̄ commedit ani
mam suam super omnem cibum. Tē-
pus ne ante horam. Qualitas quali-
bus vtitur communitas fraternitat⁹
excepta causa manifeste infirmitatis
¶ Idem in sermone. Si gula sola pec
cauit: sola peccauit: sola q̄q̄ ieiunet:
ꝛ sufficit. si vero peccauerunt ꝛ cete-
ra membra quare non ieiunent ꝛ ipsa
ieiunet ergo oculus qui depredat⁹
est animam. ieiunet auris: ieiunet lin
gua: ieiunet man⁹. ieiunet etiam ani-
ma ipsa: supplet a propria voluntate.
¶ Idem. Ieiunium nō solum est abo-
litio peccatorum: sed extirpatio vicio
rum. nec solum obtinet veniam: sz me
retur ꝛ gratiam. nec solum delet pec
cata preterita que commisimus: sed
etiam repellit futura que committe-
re poteramus.

¶ De continentia tactus. Capitulum. xxxvij.

Gregorius in moral. Nulla
sunt cetera bona. si occulti
iudicis oculis castitatis te-
stimonio non approbantur. ¶ Idem.
Nulla est castitas carnis quam non
commendat suauitas mentis. ¶ Idē.
in pastoral. Quos onus licitum coniu-
gij non grauat: nequaq̄ pondus il-
licitum terrene sollicitudinis premat
sed tanto cos paratiores dies vltima
quanto expeditiores inueniat: ne quo
meliora agere vacantes possunt: sed
tamen negligunt: eo supplicia dete-
riora mereantur. ¶ Idem in registro.
Custodienda est mundicia corporis
in studijs bone actionis. ¶ Ambrosi.
de viduitate. Castitas solitudinem
querit: pudica secretum: impudica
conuentum. ¶ Idem in epistola. Pri
ma castitatis victoria est facultatum
cupiditates vincere. quia lucri studi
um tentatio pudoris est. ¶ Augusti-
nus de virgin. Sicut nemo impudi
ce vtitur corpore nisi spiritu prius cō
cepta nequitia: ita nemo pudicitiam
seruat in corpore nisi spiritui prius in
cita castitate. ¶ Idem de eccle. doc.
Melior est continentia nuptijs. sed
non sibi sola sufficit ad beatitudinem
nisi pro solo amore pudicitie retinea
tur. sed etiam si cum affectu causa va
candi domino eligit: alioquin diuor
tium magis coniugum videbitur esse
q̄ appetitus castitatis. ¶ Idem de so
lilo. Quantum vrorem velis pingere
atq̄ cumulare bonis omnibus: nihil
mihi tam fugiendum q̄ concubitum
esse decreui. Nihil enim sentio quod
magis ex arce virtut⁹ deijciat animū
virilem. q̄ blandimenta feminea cor
porum q̄ ille contactus sine quo vror
haberi non potest. ¶ Idem de ci. dei.
Ita non amittitur corporis sanctitas
manente animi sanctitate: etiam cor
pore oppresso: sicut amittit⁹ ꝛ corporis

sanctitas violata aie sanctitate: etiã corpore intacto. ¶ Idẽ in epla. Quicqd in carne nec cõmisit nec pmisit libido patiẽtis: solius erit culpa faciẽtis oĩsqꝫ illa violẽtia nõ pro coꝛruptiõis turpitudine: sed ꝓ passionis vulnere reputabit. ¶ Idẽ. Pudicitia. s. ỏ cõsensu. ¶ Joh. Chꝛys. sup Mat. Oẽs virtutes spũales res sunt angelice: pcipue tñ castitas res est angelica: per hãc eni solũ singulariter hoies angelis similant: ꝛ vincit natura virtutibꝰ. ¶ Idẽ. Illa est gloꝛiosa cõtinẽtia: nõ quã trãsgredi nõ potest necessitas vl debilitas coꝛporis: sed quã cõplectit volũtas sancti ꝓpositi. ¶ Hieron. in epla. Grandis virtutis est ꝛ sollicite diligẽtie superare qꝫ nata sis in carne nõ tñ carnaliter viuere: tecũ pugnare quotidie: ꝛ inclusum hostẽ Argi vt fabule ferũt centum oculis obseruare. ¶ Idẽ. Magnus est pudicitie labor: sed maius est premiũ tpalis custodia sed remuneratio eterna. ¶ Isido. de sum. bo. Amanda est pulchꝛitudo castitat̃: cuiꝰ degustata delectatio dulciοꝛ inuenit qꝫ carnis. Castitas enim fructus est suauitatis: pulchꝛitudo inuiolata sctõꝫ: castitas securitas mentis sanitas coꝛporis. ¶ Idẽ. Requaqꝫ in senectute. Infra lib. iiij. de certamine. ¶ Idẽ in etymo. Continens nõ solum in castitate dicitur: sed et in cibo ꝛ potu: in ira quoqꝫ ꝛ vexatiõe mẽtis ꝛ detrahendi libidine. nam continens dicitur qꝫ se a multis abstineat. ¶ Cypꝛianus de. ex. abusi. Pudicitia nobiliũ ornamẽtũ est: exaltatio humiliũ: nobilitas ignobilium: pulchꝛitudo debiliũ: pꝛosperitas laboꝛ: antiũ solamen mestoꝛũ: augmentum omnis pulchꝛitudinis: decus religionis: defensio criminũ: multiplicatio meritoꝛũ: dei creatoꝛis oĩm amica. ¶ Bernar. in epla. Quid castitate decoꝛiꝰ: que mundũ de immũdo ꝓceptũ semine: ỏ hoste domesticũ: angelũ deniqꝫ de hoie facit. Differt quidẽ inter se homo pudicus ꝛ angelus: sed felicitate non virtute. nã ꝛ si castitas illiꝰ felicioꝛ: huius tamẽ cognoscitur esse foꝛtioꝛ. ¶ Idẽ. Sola est castitas q̃ in hoc mortalitatis et loco ꝛ tẽpoꝛe: statum quendã immortalis gloꝛie repꝛesentat. ¶ Idem in ser. Continendũ est in veritate: quidã enim continent ex necessitate nõ habentes aut loci aut tẽpoꝛis aut instrumentoꝝ oppoꝛtunitatem: quidã ex vanitate pꝛopter fauoꝛem videlicet hominum: vel aliquod temporale cõmodum: quidam ex veritate soli deo placere cupientes.

¶ De continentia visus. Capitulum. xxxviij.

ORego. in Mora. Me quedã lubꝛica in cogitatiõe vꝛsemus: pꝛouidendũ nobis est qꝫ intueri nõ debet qđ non licet cõcupisci. ¶ Idẽ. Sancti viri cũ sinistra pulsari delectatione se sentiũt: ipsa pque foꝛme species ad mentẽ ingrediũtur discipline magisterio lumina restringũt: ne pꝛaue cogitationi visio le nocinata famulet. ¶ Aug. i regula. Oculi vestri ꝛ si iacant in aliquã feminã: in nulla figant: neqꝫ eni qñ pꝛoceditis feminas videre pꝛohibemini: sed appetere vel ab ipsis appeti velle criminosum est. ¶ Idem de cõfessio. Resisto seductionibus oculoꝝ meoꝝ: ne implicent pedes affectus mei quibus ingrediοꝛ viã tuã deus meus: et erugo ad te inuisibiles oculos meos. vt tu euellas de laqueo pedes meos. ¶ Idem de pnia. Cohꝛibeat se a ludis a spectaculis secli: que perfectã vult consequi gratiam remissionis. Nam dum si se cohꝛibuisset: si inter suos remansisset: ab extraneo raptoꝛe coꝛrupta nõ fuisset. ¶ Isido. in syno. Tolle occasionem peccandi: aufer materiam delinquendi: si vis esse a foꝛnicatione tutus: esto coꝛpoꝛe ꝛ visione discretus. ¶ Idẽ. Peccati pudoꝛe oculos tuos attollere erubesce: icede abiecto vultu: humiliato oꝛe: depositaꝛ facie. ¶ Ambrosiꝰ de offi. Est in oculis verecundia: vt nec videre viros femina pudica nec videri velit. ¶ Idẽ

fuper Lucam. Quod non videris nō amabis: ſed vbi caro cōcupierit: compatientis quoq; animi conſtantia defatiſcit: ⁊ mox conſortio amoris inflectitur. ¶ Bernar. in epla. Ut teipm ſemper aſpicias: ab omnibus oculos auerte. ¶ Idē de. xij. gra. Ut quid audes oculos leuare ad celū qui peccaſti in celū. Terram intuere vt cognoſcas teipſum: ipa te tibi repzeſentabit q; terra es ⁊ in terram ibis. Duab⁹ tamen cauſis inculpabiliter oculos leuas: vt petas auxiliū a deo vel impēdas proximo. ¶ Sene. in epla. Qui deponere vult deſideria rez olim quarū cupiditate flagrauerit: et oculos ⁊ aures ab his que reliquit auertat.

¶ De cōtinentia auditus. Capitulum.xxxix.

ORego. in Mora. Neceſſe eſt vt nec ad aures vanitas veniat: ⁊ mens a cogitationis aditu vigilās repellat. ¶ Aug. de. x. chordis. Cur ambularemus delectati vanis canticis: nulli rei profuturis ad tempus dulcibus in poſterū amaris? Talibus eni turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruātur ⁊ decidunt: a virtute defluentes in turpitudinem: ⁊ propter ipſas turpitudines poſtea ſentiunt dolorez: ⁊ cum amaritudine digerunt quod cū temporali delectatione ⁊ dulcedine biberunt. ¶ Hieron. in prologo Joſue. Nos ad patriam feſtinātes mortiferos Sirenarum cantus ſurda debemus aure trāſire. ¶ Idem in epiſtola. Semper linguā tuam de bonis loqui aſſueſce: ⁊ auditū tuum ad bonorum magis laudem q; ad malorum vituperationem cōmoda. ¶ Idem. Nō licet tibi alterius vituperationem patiēter audire: quia nec ab alijs optas recipi tuam. ¶ Iſido. in ſyno. Nulla aures tuas ſermonū impudicitia ſurrepat. Manus ſermo cito polluit mētem: ⁊ facile agitur quod libenter auditur. ¶ Bernardus. Verbum ſcurrile. Infra lib. iij. de ſtultiloquio.

¶ De clementia. Cap. xl.

ORego. in Mora. Minor eſt virt⁹ certaminis foris quēpiam videre mala que ſuperet: ⁊ intus quod toleret non habere. Perfecte autē manſuetudinis ⁊ clementie laus eſt a duerſa perpeti: ⁊ exterius fortiter ⁊ interius clementer. ¶ Aug. in ſer. in monte. Mitis eſt q; cedit in probitatibus: ⁊ non reſiſtit in malo: ſed vincit in bono malū. ¶ Idē in epla. Malis parce vir mitis ⁊ bone: ⁊ quāto melior es/ tāto mitior eſto ⁊ quāto ſis celſior poteſtate: tanto humilior fias poteſtate. ¶ Joh. Chryſ. ſup Mat. Māſuetus neq; irritat malū/ neq; irritatur a malo/ neq; aduerſus eum prevalet cauſa peccati: neq; aduerſus alterū aliqñ ex illo naſcit. ⁊ cauſa peccādi: ſed magis cōtētus eſt iniuriā pati q; facere. ¶ Idē. Ille eſt vere māſuet⁹ q; cū nocitus fuerit ab alio: nec cogitat facere malum nec facit. ¶ Idē ſup Joh. Si cogitauerim⁹ quoniā nō ei q; cōtriſtauit: ſed nobiſipſis largimur: cito dimittem⁹ venenū ire ⁊ vindicte. ¶ Ambro. in epi. Non habet vltionis ſtudiū perfecta virtus nec vlla eſt iracūdia vbi plenitudo eſt charitatis. ¶ Iſido. in ſyno. Auferat corde fraternā offenſionē: alicne neqtie nō ſerues dolorē. ¶ Idē. Supplici oranti veniā deprecare: petēti quoq; tibi veniam libēter indulge. ¶ Beda in glo. Luc. ix. Non ſemper in eos q; peccant eſt vindicandum: q; nōnūq; amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam: lapſo ad correctionem. Sene. in epiſtola. Verecundiā peccandi facit ipſa clementia regentis. ¶ Idem. Magnanimi proprium eſt placidum eſſe tranquillumq; ⁊ iniurias atq; offenſiones ſpernere. ¶ Idē. Clementem vocabo non in alieno dolore facilem: ſed eum qui cum ſuis ſtimulis eragitetur non proſilit: qui intelligit magni animi eſſe iniurias in ſumma potentia pati: nec quicq; eſſe gloriosius principe impune leſo. ¶ Idē.

Pharetre Beati Bonauenture.

Nullum clementia ex omnibus magis q̄ principem decet: pestifera vis est: valere ad nocendum.

¶ De modestia. Cap. xlj.

Grego. in regist. Sic ea que sunt iustitie foris exequor: vt ea q̄ intus amoris ⁊ dilectionis sunt minime postponā. ¶ Idē. Dia age blāde ⁊ dulciē: vt ⁊ actio tua discreta sit/ ⁊ lingua mitis. ¶ Idem. Cum curā rerū nobis necessitas imponit: quidā dū eas rapiunt solūmō tolerandi sunt: quidam vero seruata charitate prohibendi sunt: non tamē sola cura debet esse ne nostra subtrahant: sed ne rapientes nō sua semetipsos perdāt. ¶ Amb. de offi. Nec cursim ambulare honestum arbitror nisi cū causa exigit alicuius periculi vel iusta necessitas. ¶ Idē. Magna virt⁹ modestia: que cū sit etiam sui iuris remissor: nihil sibi vsurpās: nihil sibi vē dicās: ⁊ quodāmodo intra suas vires ptractior diues est apud deū. ¶ Idē. In modestia maxime trāquillitas animi: studiū inā suetudinis moderationis gratia: honestaq̄ cura: decoris cōsideratio spectat ⁊ querit. ¶ Augu. in regula. In incessu statu habitu ⁊ in oībus moribus vestris nihil fiat qđ cuiuslīb offendat aspectum: sed qđ vestram deceat sanctitatē. ¶ Idē de vita beata. Modestia dicta est a modo sicut a tēperie temperantia: vbi autē modus est atq̄ tēperies nec plus est quicq̄ nec minus. ¶ Idē. Illud preclarū est ⁊ nō immerito diffamat: nec quid minus nec quid amplius: ⁊ hoc apprime vtile est in vita. ¶ Isido. in syno. Professionē tuā ⁊ habitu ⁊ incessu demonstra: sit in gressu tuo simplicitas: in motu puritas: i gestu gravitas: in incessu honestas. ¶ Bern. super Cant. Honestum in quo anime decorem locandum censuimus diffiniatur mentis ingenuitas: solicita seruare cum conscientia bona fame integritatem: vel iuxta apostolum prouidere bona nō tantū coram deo: sed etiā coram hominibus. Senec. in epistola. Vita non est imperfecta si est honesta. ¶ Idē. Nihil honestū est quod ab inuito coactoq̄ fit. Omne honestū voluntarium est. Admisce illi pigritiā/ querelā/ tergiuersationem/ metum/ quod habet in se optimum perdit totum. ¶ Idem. Omne honestum iniussum incoactumq̄ est sincerum: ⁊ nullo modo mixtum.

¶ De iustitia. Cap. xlij.

Grego. sup Ezec. Quilibet peccator conuersus in fletibus iam iustus esse inchoat cū ceperit accusare qđ fecit. Cur enī iustus nō sit qui contra suā iniustitiā iam plachrymas seuit? ¶ Idē in regis. Turpe est defendere qđ mihi prius nō cōstiterit iustum esse: quia ego homines propter iustitiam diligo: nō aūt iustitiā propter hoīes postpono. ¶ Idē. Justum est vt vsitatores illic cōsequant stipēdiū: quo pro Christo suū cōmodare reperiunt obsequiū. ¶ Idē in homel. Vera iustitia cōpassionē habet: falsa vero dedignationē: q̄uis etiā iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbie: aliud qđ zelo disciplīne. ¶ Aug. de mirabilib⁹ sacre scripture. Perfecta iustitia hec est: sacerdotiū virginitas/ ⁊ martyriū q̄ triplex iustitia in Abel primo fuit: q̄ ⁊ munera deo placita obtulit: p sapiā sui generis i seculo nō reliquit: ⁊ martyrū coronā sanguinis effusione promeruit. ¶ Idem. Quantū mihi videt̄ s. lib. j. de perfectis. ¶ Idem de vera religione. Hec est pfecta iustitia qua potius potiora ⁊ minus minora diligimus. ¶ Idē de ci. dei. Hec in vnoquoq̄ iustitia est: vt deo obediēti homini: animus corpori: ratio vitijs etiā repugnantibus imperet: vel subigēdo vel resistendo: atq̄ vt ab ipo deo petatur ⁊ meriti gratia ⁊ venia delictorum. ac de acceptis donis gratiarum actio persolvatur. ¶ Ambrosius de virgi. Justitia in alto quodam secessu locata:

videt explorat̃q; omnia, que alijs pos tius nota q̃ sibi: non tam suas vtilitates q̃ publica emolimenta rimatur. ¶ Bernar. de cõside. Justitia nec factura est vtiq; alteri quod sibi fieri nolit: nec quod sibi fieri velit alteri negatura. in his nempe duobus liquet integrũ esse iustitie statũ. ¶ Idẽ in epla. Tunc̃q; iustus arbitrat se cõprehẽdisse: nec vnq; dicit satis est: sz semp esurit sititq; iustitiã: ita vt si semper viueret: semp quãtum in se est iustior esse cõtẽderet: sempq; de bono in melius proficere totis viribus suis conaret. ¶ Idem de cõtẽp. Panis aie iustitia est: z soli beati qui esuriũt illũ: quoniã illi saturabunt. Nimirũ ad imaginẽ dei facta est aia rationalis: z ceteris quidã oĩbus reb⁹ occupari potest: repleri omnino non potest. ¶ Idẽ in ser. Justitia virtus ẽ qđ suũ est vnicuiq; tribuẽs. Tribue ergo tribus que tua sunt: redde superiori/ redde inferiori/ redde equali/ cuiq; qđ debes. ¶ Idẽ. Habemus enĩ ante nos priores: post nos iuniores: a dextris amicos: a sinistris inimicos. Reddam⁹ ergo singulis quod suũ est: prioribus obedientiã: iunioribus doctrinã: amicis letitiam inimicis patiẽtiam. ¶ Glo. Bat. v. Justitia est sua vnicuiq; reddere: sibi z proximis: z deo. ¶ Tull⁹ in rheto. Justitia est habitus animi: communi vtilitate cõseruata suam vnicuiq; tribuens dignitatem.

¶ De obedientia bona. Capitulum.xliij.

ORego. in Mora. Sola obedientia est que fidei meritũ possidet: sine qua ifidelis qs q; coũicf: etiã si fidelis esse videaf. ¶ Idẽ. Per obedientiã voluntas p̃pria mactatur: tãto igitur quisq; deũ citius placat quanto ante eius cõspectum repressa arbitrij sui supbia gladio precepti se immolat. ¶ Idem. Nũq; per obediẽtiam malum fieri debet aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agit intermitti. neq; enim mala i paradiso arbor extitit quam deus homini ne cõtingeret: interdixit: sed vt in melius per obedientie meritum homo bene conditus creſceret: dignum fuerat vt z hunc etiã a bono aliquo prohiberet: quatenus tanto verius hoc quod ageret bonũ esse cognosceret: quanto z a bono cessans auctori suo se subditũ humilius exhiberet. ¶ Idem. Notãdum quod dicitur: ex omni ligno paradisi edite: de ligno autem scientie boni z mali ne comederitis: qui eni ab vno bono subiectos vetat necesse est multa concedat: ne obedientis mens funditus intereat si a bonis omnibus omnino repulsa ieiunat. ¶ Idem. Obediẽtia sola virtus est que virtutes ceteras mẽti inserit: insertasq; custodit. ¶ Idem. Si obedientie palmam apprehendere nitimur: prosperis huius seculi ex sola iussione: aduersis autem ex deuotione militemus. ¶ Idem. Debet obediẽtia z i aduersis aliquid ex suo habere: z in prosperis aliquid ex suo omnino nõ habere: quatenus z inaduersis tanto sit glorioſior: quanto diuine ordinationi etiam ex desiderio sui iũgitur: z in prosperis tanto sit verior: quanto a presenti ipsa quam diuinit⁹ percepit gloria funditus mente separatur. ¶ Idem. Obedientia nõ seruili metu sed charitatis affectu seruanda est: non timore pene: sed amore iustitie. ¶ Idem in regist. Pensate quãtum cunctis expedit ei quem nobis gratia diuina pretullit ĩtegerrimam semper in omnibus obedientiam prebere. ¶ Idem. Vide vt oĩa absq; imminutiõe custodias: quia de his que pro seruãda iustitia scribo ego absoluor: z tu si negligis obligaris. ¶ Idẽ. In obedientia valde est vtile si id qđ discipline vigor imponit: nullo cogente humilitas laudanda seruauerit. ¶ Idem sup Ezechielem. Ille recte loquitur qui prius obediẽdo fecerit que loquendo admonet esse faciẽda. ¶ Idem. Mãdata dei per iussionẽ facere seruientis z obediẽtis est: diligẽ

do autem facere obedientis ⁊ amantis est. ¶ Aug. de ci. dei. Pax hominis ⁊ dei est ordinata in fide sub eterna lege obedientia. ¶ Idem. Obediētia in creatura rōnali mater quodam modo est oīm custosq; virtutū. ¶ Idē de opere monachoꝝ. Citius exaudit vna obedientis oratio q̄ decem milia contemptorum. ¶ Isido. de sum. bo. Non erit caro subiecta animę: nec vicia rōni: si animus nō est subiectus conditori. tunc aut̄ recte subiciunt nobis oīa q̄ sub nobis sunt si nos subiicimur et a quo nobis illa subiecta sūt ¶ Iero. in epla. Bonum est obedire maioribus: parere perfectis. ⁊ post regulas scripturarū vite sue tramitē ab aliis discere: nec p̄ceptore vti pessimo. s. p̄sumptione sua ¶ Idem. Seruias fratribus: hospitū pedes laues: passus iniuriam taceas: p̄positū monasterij timeas vt dñm: diligas vt parentem. credas tibi salutare quicq̄d ille p̄ceperit: nec de maioris sententia iudices cuius officium est obedire et implere q̄ iussa sunt. ¶ Ambro. super Luc. Discę homo deo esse subiectus: vt non quod ipse vis eligas: sed quod deo scis esse placiturum. ¶ Cypria. de. xij. abusionibus. Obedientia que oīm disciplinarum mater est: magna exercitatione indiget: que sui nouam studij a Christo dño sumpsit: q̄ obediens patri vsq; ad mortem crucis ignominiā libenter sustinuit. ¶ Ber. de p̄. ⁊ dispen. Quicquid vice dei p̄cipit homo quod non sit tamen certum displicere deo: haud sect⁹ omnino accipiendū est q̄ si p̄cipiat deus. ¶ Idē Generalis hec regula teneatur: vt in difficilioribus quidem agendis obedientia gracior q̄ grauior preuaricatio iudicet: ⁊ in facilioribus minusq; onerosis: cōtemptus damnabilior q̄ act⁹ laudabilior estimet. ¶ Idē. Milne. s. li. j. de p̄latis bonis. ¶ Idem in epla. Hoc aduertendum q̄ quedam sunt pura bona quedam pura mala. ⁊ in his nullam debent hominibus obedientiam: quoniam nec illa omittēda sunt etiam cum p̄hibēt. nec ista cum iubent cōmittenda. Porro inter hec sunt media quedam que p̄ modo: loco ⁊ tempore vel persona ⁊ mala possunt esse ⁊ bona: ⁊ in his lex posita est obedientie: tanq̄ in ligno scientie boni ⁊ mali: quod erat in medio paradisi. In his p̄fecto fas non est nostrum sensum sue p̄scribere magistrorum in his omnino p̄latorū nec iussio nec p̄hibitio contemnenda. ¶ Idem. O monachum obedientissimum qui ex quibuslibz seniorum verbulis ne vnū quidem iota p̄teruolet non attendit qualē sit quod precipitur: contentus quia precipit: ⁊ hec est obedientia sine mora. ¶ Idem de cōtēptu mundi. Age eia age qui relinquere omnia disponis. te quoq; primū inter relinquēda numerare memento. imo vero maxime ⁊ principaliter abnega teipsum si deliberas sequi eum qui exinaniuit p̄pter te semetipm. ¶ Idē i ser. Obediēntia q̄nq; p̄mia ē. Prima op⁹ rectū q; nō est obediētia p̄ deū. Secūda voluntariū. q; q̄ fit ex necessitate nō est bonū. Tertia purū vt intēto pura sit. q; si oculus simplex est totū corp⁹ lucidū ē. Quarta discretū: ne q̄d nimis aut minus. q̄ eni recte offert si nō recte diuidat peccat. Quinta firmū. i. pseuerans: q̄ oīa claudit ⁊ p̄tinet. Nullum eni bonū sine pseuerātia coronat. Ut aūt pseuerantiā habeat murus obedientie inhęrere sibi debēt ppugnacula patientie. ¶ Idē. Redde reuerentiam ⁊ obediētiā p̄lato: quaꝝ altera cordis: altera corpis est. nec ei sufficit exterius obtēperare maioribus nisi ex intimo cordis affectu sublimit sētimus de eis. ¶ Benedict⁹ in regula. Obediētia tūc acceptabilis erit deo ⁊ dulcis hoibus: si q̄d iubet nō trepide: nō tarde: nō tepide: aut cum murmure: aut cū risu nolentis efficiat. q; obediētia q̄ maioribus p̄bet deo exhibet. ¶ Idē. Obediētie bonū non soli abbati exhibendū est ab oib⁹. sed etiā sibimutuum obediāt fratres. scientes per hanc obediētie viam se ituros ad

deū. ¶ Interl. geñ. xvij. obediētia ē complenda sine mora & obseruanda.

¶ De obediētia iaccepta. Capitulum. xliij.

ORego. in regis. Apud nolentis animū cuius sit euidens rō non parendi tñ hoc ipm quod non vult obstaculum obedientie esse solet. ¶ Idem in mora. Ille primus inobediens mox vt superbiendo peccauit pudenda contexit. quia enī contumeliā spiritus deo intulit mox contumeliam carnis inuenit. ¶ Idē. Cum huiꝰ mūdi successus precipit: cum locꝰ superior imperatur: is qui ad pcipienda hec obedit: obedientie sibi virtutem euacuat: si ad hec etiam ex proprio desiderio anhelat. ¶ Idē. Ad detrimentum obedientia ducit. cum mentem ad suscipienda ꝓbra huius seculi nequaq̄ ex parte aliq̄ etiā sua vota comitant. ¶ Idem. Dignum pfecto est vt a dei beneficijs sit extraneus: cuius nimirum iussionibus nō vult esse subiectus. ¶ Johan. Chrys. super Joh. Quanto leuiora sunt precepta: tanto maius supplicium his q̄ non obediunt. ¶ Aug. de confel. Nemo iuitus benefacit: etiam si bonum est quod facit. ¶ Ber. in epla. Facere malum quodlibet etiam iubēte cō stat non esse obedientiam: sed potius inobedientiam. ¶ Idem. Extorta seu coacta licentia: licentia non est: sꝫ violentia. ¶ Idem nōvos felices. Supra de plātis bonis. ¶ Idem super canti. Non dabit inobedienti copiam sui tā tus obedientie amator. vt mori q̄ nō obedire maluerit. sed neq̄ approbat tue contemplationis iane ocium: qui dicit per pphetā. Laborauī sustinēs ¶ Idem. Si in die ieiunij. li. ij. de voluntate. ¶ Idem. A mandatis tuis intelleri. Infra li. iij. de gustu. ¶ Idē de precep. & dis. Imperfecti cordis & infirme ꝑsus voluntatis indicium ē statuta seniorum studiosiꝰ discutere: hesitare ad singula que iniunguntur exigere de quibusq̄ rationem: & male suspicari de omni precepto cuiꝰ causa latuerit: nec vnq̄ libenter obedire nisi cum audire cōtigerit quod forte libuerit: aut cum non aliter licere seu expedire monstrauerit. vel aperta ratio vel indubitata auctoritas. ¶ Idē. Si iubente seniore vt sileam verbum mihi forte per obliuionem elabitur reum me fateor inobedientie: sed venialiter. Si ex contemptu sciēs & deliberans sponte in verba prupero: & rupero silentij legem: ꝑuaricatorem me cō stituo: & criminaliter. etsi impenitens ꝑseuero vsq̄ ad mortem peccaui etiā damnabiliter. ¶ Idem in ser. Sic pro fecto: sic multorum vsq̄ hodie pusillanimitas & quersitas exigit: vt ab eis queri oporteat: quid vis vt faciam tibi: non ipsi querunt. dñe quid me vis facere. Cōsiderare nempe necesse habet minister et vicarius Christi quid sibi precipi velint: non ipsi considerāt que sit voluntas p̄ceptoris. ¶ Idem. Qui vel apte vel occīte satagit vt qđ vult ipse: hoc ei prelatus iniūgat: ipe se seducit: & frustra sibi blanditur de obedientia. non enī in ea reipse prelato: sed magis ei prelatꝰ obedit. ¶ Sene. in epla. Qui imperia libens excipit partem acerbissimā seruitutis effugit scz facere quod nolit. Non qui iussus aliquid facit miser est: sed qui ī uitus facit. Multa īfra li. iij. de stulti loquio in murmure.

¶ De oratione accepta. Capitulum. xlv.

OReg. in dialo. Obtineri per orationem nequaq̄ possunt que predestinata nō fuerūt sed ea que sancti viri orando efficiūt ita predestinata sunt vt precibus obtineantur. ¶ Idem in regi. Dñico die a labore terreno cessandum est: atq̄ omni modo orationibus insistendum vt si quid negligentie per sex dies agitur: per diem septimum qui est resurrectionis dominice precibus expiet. ¶ Idem in mora. Veraciter orare est amaros in compunctiōe gemitus: nō

compositā verba resonare. ¶ Idem. Differre solet. Infra li. iij. de desiderio. ¶ Idem. Virtus vere orationis ē celsitudo charitatis: & tunc quisq; quod recte petit adipiscit. cū eius animus in petitiōe nec inimici odio fuscatur. ¶ Aug. in epla. Abiit ab oratiōe multa locutus: sed non desiit multa pcatio si feruens pseuerat intētio. Nam multum loqui in orando: est rem necessariam supfluis agere verbis. Multum aūt precari est ad deum quem precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerūq; hoc negotium plus gemitibus q̄ sermonib⁹ agitur: plus fletu q̄ affatu. Talis ei oīo ponit lachrymas in conspectu dei. et gemitus noster non est absconditus ab eo. ¶ Idē. Qui oīa per verbum condidit: in oīonibus etiam humana verba non querit. ¶ Idem. Qui didicerunt a dño Jesu Christo mites esse & humiles corde plus cogitando & orando proficiunt q̄ legendo & audiendo. ¶ Idem. in ser. Dicim⁹ panem nostrū quotidianum da nobis hodie. o sapiētia vera & diuina prudentia: q̄ docuit & panem solū petere & hodie nominare. hoc enī dicto & audiras cum auaricia tollit: & humane vite insinuatur incertum. ¶ Idē. Qui est oratio nisi ascēsio animę de terrestribus ad celestia: inq̄sitio supnorum: inuisibiliū desiderium. ¶ Idem i medita. Obsecro domine amaricatum est cor meū sua desolatione: indulcora illud tua consolatione. Obsecro domine quoniam esuriens incepi querere te: nō deseras inuenias: ad te famelicus accessi ne recedā inpastus. pauper venit ad diuitem: miser ad misericordem: ne redeā vacuus & contemptus. etsi anteq̄ cōmedā suspiro: da vel post suspiria q̄d cōmedā. ¶ Idē de ci. dei. Quāto est quisq; sanctior & desiderij feri plenior tanto est eius in orando fletus vberior. ¶ Idē de eccle. dog. Nullum credimus ad salutē nisi deo inuitante venire: nullū inuitatū salutē suā nisi auxiliante deo operari: nullū nisi orante auxiliū p̄mereri. ¶ Joh. Chrys. sup Mat. Sicut hymnus grata bñ cōfecta delectāt hoīem odorantem. sic oratio iusta suauis est ante deum. Vis aut̄ scire dignitatē ei⁹ & Dor vt de ore p: cesserit suscipiunt eā angeli manibus suis: & offerunt ante deū. ¶ Amb. sup beati imaculati. Pernoctabat in oīone dñs Jesus non indigens pcatōis auxilio: sed statuens tibi imitatōis exemplum. ¶ Idē. Media nocte ait propheta: surgebam ad cōfitendū tibi: super iudicia iustificatōis tue. & tu surge vt media nocte si nō potes tota nocte vigilare. ¶ Isid. in syno. Pernocta in oratione & pce: incumbe nocturnis vigilijs: ad modicū clausis oculis rursum ora. ¶ Idē. Vibus malis pua let oratio. ¶ Idem de sum bo. Fidei symbolū & dñica oīo p tota lege paruulis ecclesie ad celoz regna sufficit capescenda. omnis enī latitudo scripturarū in eadē oratiōe dñica & symboli breuitate cōcludit. ¶ Idem. Frequens oīo vitiorum impugnationem extinguit. ¶ Idem. Oratio cordis est nō labiorū. neq; enī verba depcantis deus intendit: sed orantis cor aspicit: q̄ si tacite cor oret et vox sileat q̄ nus hoīes lateat: deū latere non potest q̄ presens est. ¶ Idem. Nūq; orandū est sine gemitu. ¶ Idē. Qui vult cū deo semp esse: frequenter dz orare: frequēter & legere. Nā cū oramus ipsi cum deo loq̄mur: cū vero legimus: deus nobiscū loquit. ¶ Idē. Oratio puatis locis opportunus fundit. magisq; obtētum penetrat dū deo nñ teste deprimitur. ¶ Joh. damasce. li. iij. sue. Oratio est ascēsus intellect⁹ ad deū vel petitio decentiū a deo. Bern. in epi. Oīo est hoīs deo adherentis affectio: & familiarq; quedā & pia alloquutio & statio illuminat⁹ mentis ad fruendū deo q̄ diu licet. ¶ Idē. Dum manib⁹ pectora: genibus pauimenta tundunt: votis & deuotis precibus altaria cumulantur: dum fordent gene lachrymis: gemitibus atq; suspirijs mugiūt colla. & pro forēsibus cautis cantibus spi

ritualibus sacra tecta resultant nil supernis ciuibus magis spectare libet. nil regi summo iocundius exhibetur. ¶ Idem. Et si vocis virtus sit opus et operi tamen et voci gratiam et efficaciam precretur oratio. ¶ Idem sup cā. Credim⁹ angelos sanctos astare orātibus: et offerre deo preces et vota hominum: vbi tamen sine ira et discceptatione leuari puras mani⁹ pspexerint. ¶ Idem. Grando bibit vinū spirituale lenificans cor hominis: vinum ieiunii spiritussancti: quod inebriat mentem et carnalium voluptatū infundit oblitionem: humectans interiora arentis conscientie: escas bonorum actuū digerit: et deducit per quedam aie membra: fidem roborans: spem cōfortans: vegetans ordinās⁹ charitatem et impinguans mores. ¶ Idem. Unicum in dubijs remedium seu refugiū oratio est: et frequēs gemitus ad deum: et vt quid: quādo et qualiter facere nos velit de⁹ assidue nobis monstrare dignetur. ¶ Idem in sermo. Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. cū ta ergo cum reuerentia: cū to timore: cū ta illuc humilitate dz accedere a palude sua precedens ranūcula. ¶ Idē. In omnib⁹ actiōibus nostris et obseruantus multa opus est animi vigilantia. sed precipue in oratione. ¶ Item. Licet omni hora et oi loco oculi domini super nos speculentur: maxime tamen in oratione. licet enī semp videamur: sed tunc etiam presentamus nos et ostendim⁹ quasi facie ad faciem cū domino colloquentes ¶ Glo. super illud Mat. xxvj. Et orauit tertio eundem sermonem dē. Tribus vicib⁹ Christus orauit: vt et nos a peccatis preteritis veniam: et a presentibus malis tutelam: et futuris periculis cautelam a domino oremus. ¶ Sene. in epistola. Sic viue cum hominibus tanq̄ deus videat: sic loquere cum deo tanq̄ homines audiāt. ¶ Idem. Audacter roga deum: nihil illum de alieno rogatur⁹ es: roga bonam mentem. bonam valitudinem animi: deinde tūc corporis. Multa infra libr. iiij. de desiderio: de laudatione.

¶ De oratione inaccepta. Capitulum.xlvj.

Gregorius in morali. Quamuis mens nostra confusione orationis suę tempore deprimitur si hanc aut sua operatio adhuc inquinat: aut alienę malicie seruat⁹ dolor accusat. ¶ Idem i regis. Vt ad aures dei viam precibus faciatis: vigilantius studendum est vt vestre voces actibus adiuuentur. nam inanis fit oratio vbi prauus est actio. ¶ Aug. in sermo. Quis fronte postulas quod promisit deus: cū non facis quod iussit deus. prius audi monitiones: et sic exige promissiones. ¶ Idem. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Hec p eis est efficax oratio quorum fides sine operib⁹ mortua est: sed pro eis quorum fides per dilectionem operatur. ¶ Isido. de sum. bono. Longe a deo est animus qui in oratione cogitationibus secularibus occupatus. ¶ Idē mens qualem se in oratione offert: talem post orationem conseruet. Nam nihil pficit oratio si denuo culpa cōmittatur: vnde iam venia postuletur. ¶ Hieronymus in epistola. Nescio qua conscientia ea lingua quis deum rogat: qua aut mentitur: aut maledicit: aut detrahit. labia sācta exaudit deus: et ipsis cito annuit precibus cū lingua inmaculata pronunciat. ¶ Johannes Chrisostomus super Matth. Aut orat et peccat: non orat deum: sed illudit eum. ¶ Idem in sermone. Tu non audis orationem tuam: et deum vis audire pcem tuam. Flecto ini quis genua: curuasti quidem genua intus. sed mēs tua foris vagabat. cor pus tuum intus i ecclesia: sed animꝰ tuus foras. os quidē loqbat: sz mens vsuras cogitabat. ¶ Beda in home. Est oratio que peccatum facit: sed qui bene orat orando querit deum.

hic a terrenis ad superiora pgrediēs verticem curie sublimioris ascēdit: q̄ vero de diuitijs aut honore secli: aut certe de inimici morte sollicitus obsecrat: ipe in infimis iacēs viles ad deū preces mittit. ¶ Bernar. super Cāt. Querentes aliquid frustrari solent: cum aut videlicet nō in tempore querūt: aut nō sicut oportet: aut vbi oportet. ¶ Idem. Oratio peccatoris. Infra lib. iij. de discordia. ¶ Idem. Viros valde impudentiam aliquorum q̄ inter nos sunt: qui cum oīes nos sua singularitate turbauerint: sua impatientia irritauerint: sua inobedientia coinq̄nauerint: audiēt nihilominus ad tam fedum conscientie sue lectulum cum orationum iustantia totius puritatis deum inuitare. Sed sicut scriptum est: cum extēderitis manus vestras auertam oculos meos: et cum multiplicaueritis orationem non exaudiā. ¶ Idem in sermo. Timida oratio celum non penetrat: quia restringit animum timor immoderatus: vt omnino non dico ascendere: sed nec p cedere queat. Tepida vero in ascēsu langueſcit: et deficit: eo q̄ non habeat vi gorem. Temeraria ascendit quidē sed resilit: resistitur enim ei: nec tantū non obtinet gratiam sed meretur offensam. Que vero fidelis et humilis et feruens oratio fuerit: celum sine dubio penetrabit. vnde certum est q̄ vacua redire non possit. ¶ Sene. in epi sto. Tūc scito te omnibus cupiditatibus esse solutum: cum eo perueneris vt nihil deum roges nisi quod rogare palam possis: nunc autem quanta demētia est hominum qui turpissima vota dijs insusurrāt: ita vt si quis aurem admouerit statim conticescant: et q̄ scire hominem nolūt deo narrāt.

¶ De Donis. Cap. xlvij.

ORego. in Moralib. Donum spiritus qō in subiecta mente ante alia prudentiam: tēperantiam: fortitudinem: et iustitiam formar: eandem mentem vt cōtra singula queq̄ tentamenta eruditat: in septem mox virtutibus temperat: vt contra stultitiam sapientiam: contra hebetudinem intellectum: cōtra precipitationem consilium: contra timorem fortitudinem: contra ignorantiā scientiam: contra duritiam pietatem cōtra superbiam det timorem. ¶ Idē Oranduin est ne sapientia eleuet: ne intellectus dū subliniter currit aberret: ne consilium dum se multiplicat confundat ne fortitudo dum fiduciā prebet precipitet: ne scientia dum nouit et non diligit inflet: ne pietas dum extra rectitudinē inclinat intorqueat ne timor dū plus iusto trepidat in desperationis foueam mergat. ¶ Item super Ezech. Est timor in mente: sed qualis iste timor est si cum eo pietas non est? qui enim misereri proximo ignorat: qui compati eius tribulationi dissimulat: huius timor ante omnipotentis dei oculos nullus est: qui nō subleuatur ad pietatē. Sed sepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet: si forte pepcerit que parcenda nō sunt: peccata enim que ferri gehenne ignibus possunt discipline sunt verbere corrigenda. Vt ergo vera et ordinata sit pietas ad gradum est alium subleuanda. i. ad scientiam vt sciat quid ex iudicio puniat: vl q̄d ex misericordia dimittat. Sed quidē si sciat quid agere q̄sq̄ debeat: virtutem vero agendi non habeat nihil valet. Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem: vt cū viderit quid agēdum sit: hoc agere per mentis fortitudinem possit. Sed sepe fortitudo si improuida fuerit et minus contra vitia circunspecta: ipsa sui presumptione in cassum ruit. Ascendat ergo ad consilium: vt preuidendo premuniat omne quod agere fortiter potest: Sz consilium esse non potest si intellect? deest: quia q̄ non intelligit malum qō agentem grauat: quomodo potest bonum dare consilium quod adiuuet? Itaq̄ a cōsilio ascendamus ad intellectum. Sed quid si intellectus ma-

gno quidem acumine viget ⁊ modera ri se nescíat per maturitatē: Ab intel lectu ergo ascendatur ad maturitatem. Ascendamus ergo per intellectum ad sapientiā: vt hoc quod accuratius intellectus inuenit: sapientia mature disponat. ¶ Idem. Per timorem dei efficimur humiles: per pietatis studium misericordes: per scientiam discreti: per mentis fortitudinē liberi: per consilium cauti: per intellectum prouidi: per sapientiam maturi. ¶ Augustinus super Matheum. Spiritus sanctus operatione septenaria commendatur: vt sit in nobis spiritus sapientie ⁊ intellectus: consilij ⁊ fortitudinis: scientie ⁊ pietatis: ⁊ timoris dei. Huic septenario bono constitue econtrario septenarium malū: scilicet spiritum stultitie ⁊ erroris: spiritum temeritatis ⁊ ignauie: spiritum ignorantie ⁊ impietatis: ⁊ spiritum superbie cōtra timorem domini. Et ita alij septem nequiores. Infra libro tertio de simulatione.

¶ De beatitudine. Capitulum.xlviij.

Augustinus de moribus ecclesie. Beatus quantum existimo neq; ille dici potest qui non habet quod amat qualecunq; sit: neq; qui non amat quod habet: etiam si optimum sit. nā ⁊ qui appetit ⁊ adipisci non potest cruciatur: ⁊ qui adeptus est quod appetendum non esset fallitur: ⁊ qui nō appetit qō adipiscēdū esset egrotat. ¶ Idem de libero arbitrio. Sicut tota vita corporis anima est: sic beata vita anime deus est. ¶ Isidorus de summo bono. Quia sine fide ipossibile est deo placere vere beatus est qui ⁊ recte credēdo bene viuit: ⁊ bene viuendo fidem rectam custodit. ¶ Idem. Salus perseuerantibus. supra de perseuerantia ¶ Idē in etymo. Beatus dicitur quasi bene actus scilicet ab habendo qō vellet: ⁊ non patiendo quod nollet. Ille autem vere beatus est: qui et habet omnia que vult bona: ⁊ nihil vult male. ex his enim duobus beatus homo efficitur. ¶ Ambrosius super Lucam. Beatus pauper qui clamauit: ⁊ dominꝰ exaudiuit eum. pauper a crimine: pauper a vitijs: pauper in quo princeps mundi huius nihil inuenit: pauper illius pauperis emulus qui cum diues esset: propter nos pauper factus est. Prima ergo ista beatitudo est: cum deposuero omne peccatū ⁊ exuero omnem malitiam: ⁊ simplicitate contentus fuero inops malorum Supereſt igitur vt mores meos temperem: quid enim mihi prodest carere scelerib⁹ nisi fuero mitis atq; mansuetus? Nam qui sequitur viam rectam: sequitur vtiq; illum qui ait: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. ⁊ ifra. Mitiga affectum tuum vt non iraſcaris: aut certe iratus ne peccaueris. iuxta quod scriptum est: Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Preclarum est enim motum temperare. nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam indignationemq; compescere: q̄ omnino non iraſci: cum plerūq; illud lentius hoc fortius estimetur. Cum autem hoc feceris memento q̄ peccator es: et lugeto peccata tua: et lugeto delicta. Et bene tertia beatitudo est peccata deflētis: quia trinitas est que peccata condonat. Ablue igitur te lachrymis: laua fletibus: si tu te ipse fleueris alius non te flebit. Nā si Saul fleuisset peccata sua: Samuel eum non fleuisset. Deposui peccatum: temperaui mores: delicta deflevi: iam nunc esurire incipio ⁊ sitire iustitiam. Eger enim dum in graui morbo est: non esurit: quia egritudinis dolor excludit famem: qui esurit vtiq; virium querit augmentum. Quod autem est maius virtutis incrementum q̄ norma iustitie? iustitiam sequitur misericordia. Unde dictum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Sed qui misericordiam defert mercedē amittit: nisi mundo corde misereatur. Nam si

iactantiam querit:nullus est misericordie fructus. Emunda igitur interiora tue mentis. Sed nisi prius tu interiora tua vacue feceris ab omni labe peccati:ne dissensiones contentionesq; ex affectu tuo prodeant:non potes alijs ferre medicinam. A temetipso igitur pacem incipe:vt cum fueris ipse pacificus:pacē alijs feras. Quomodo enim aliorum potes corda mūdare:nisi tuum ante mūdaueris? Et infra. Qui autem patitur persecutionem in vltimo certamine constitutus:probatur aduersis:vt cum legitime certauerit coronetur. ¶ Bernardus in sermo. Videmus pauperes aliquos:qui si verā haberent paupertatem:non adeo pusillanimes inuenirētur:vtpote reges et reges celi. Sed hi sunt qui pauperes esse volunt:eo tamen pacto vt nihil eis desit:et sic diligūt paupertatem vt nullam inopiā patiantur. Sunt et alij mites:sed q̄diu nihil dicitur vel agitur nisi pro eorum arbitrio. Patebit autem q̄ lōge sint a mansuetudine:si leuis oriatur occasio turbationis. Hec igitur mansuetudo quomō hereditabit terram promissionis:que ante hereditatem deficit. Alios quoq; lugentes video:sed si de corde puro et conscientia non ficta procederent ille lachrymē:non tam facile soluerentur in risum. Hunc autem cum abundantius ociosa et scurrilia verba profluant q̄ prius lachrymē:lachrymas huiusmodi de his esse non arbitror quibus cōsolatio diuina promittitur:quando q̄dem post illas tam facile consolatio vilis admittitur. Alij tam vehementer contra aliorum delicta zelantur:vt videri possint esurire ⁊ sitire iustitiam:quod quidem verum esset si esset apud eos de suis quoq; peccatis idem iudicium. Sed nunc pondus ⁊ pondus vtrunq; abhominatio est apō deum. nam contra alios tam imprudenter q̄ immaniter estuant:seipsos tam insipienter q̄ inutiliter palpant. Sunt ⁊ alij misericordes de his que ad ipsos non pertinent:qui scandalizantur q̄ non datur omnibus abundanter:sic tamen vt ipsi nec in modico quidem grauentur:qui si vere misericordes essent de suo facere deberent misericordiam. Et si non possent de terrena substantia:de voluntate saltem bona darent his qui cōtra eos forte peccare videntur indulgētiam:darent vtiq; dulce signum:verbū bonum. Sunt etiam qui peccata sua sic confitentur vt videri possint ex desiderio mundi cordis id agere. omnia enim in confessione lauantur:nisi q̄ ea que ipsi dicunt alijs:ab alijs audire patienter nō possunt. Sunt etiam alij:qui si viderint quempiam vel leuiter scandalizatū:valde solliciti sunt quomodo i pacem eum reducere possint:⁊ ob hoc viderentur pacifici:nisi q̄ eorum commotio si forte cōtra eos quicq̄ factum dictumve videbitur:tardius vniuersis poterit difficiliusq; sedari:qui nimirum si vere pacem diligerent:haud dubiū quin eam primo quererent sibiipsis. ¶ Seneca in epistola. Beatus non is est quem vulgus appellat:ad quem pecunia magna confluxit:sed ille cui bonum omne in animo est erectum et excisum et mutabilia calcans.

¶ De elemosyna accepta. Capitulum.xlix.

O Gregorius in homelia super illud Luce.xvj. Facite vobis amicos ⁊c. Si celeste patrimoniū elemosynis emitur:pauperes non sunt audiendi vt egeni:sed vt patroni exorandi. ¶ Idem. Ad tribuendum pigri cur estis:quādo hoc quod iacenti in terra porrigitis:sedēti in celo datis. Matthei.xxv. Q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis. ¶ Idem in mora. Tunc plena est nostri cordis compassio:cum malum inopie pro proximo suscipere non metuimus vt illū a passione liberemus. ¶ Idem. Rē quamlibet plerunq; dat etiam qui non com-

patitur:nūq̄ autem qui vere compatitur quod necessarium proximo conspicit negat.¶Idem in pastora. Nonnulli huius mūdi diuites cum fame crucientur Christi pauperes effusis largitatib⁹ nutriunt histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panē suum:non quia peccatori:sed quia homo est tribuit:nimirum non peccatorem:sed paupērē iustū nutrit.¶Isidorus de summo bono. Verum est q̄ peccata oīnia misericordie operibus expurgentur:sed si iam caueat peccare qui misericordiā ipartitur.¶Johannes Chrysosto.in sermo. Melius seruatur pecunia que in dextera pauperis collocatur:hanc mihi non calūniator:extorquet:non inuidus criminatur:non latro auferet:non fur nocturnus diripiet:non seruus fugam meditans inuadet:sed semper est tuta semper integra semp salua.¶Idē Mentem deus misericordem requirit:non pecunie quantitatem.¶Idē super Johannem. Elemosyna est que ab omni ruta iniustitia est:hec oīnia facit munda:hec et ieiunio melior et terre lectulo:z nimirū difficiliora illa z laboriosiora:sed hec lucrabiliorillu minat animam z impinguat z bonam z speciosam facit.¶Idē. Da indigenti:z non da saltanti:vt non cum tuis pecunijs z tuam animam z illius perdas:tu enim causa es perditionis illius.¶Ambrosius in epistola. Misericordia non de meritis iudicare consueuit:sed necessitatibus subuenire: iuuare pauperem:non examinare iustitiam.¶Idē. Habe diues hypothecas inopum sinus:habeas hypothecas viduarum domos:habeas hypothecas ora infantium orphanorum: vt dicatur tibi. Ex ore infantium z lactentium perfeciſti laudem.¶Idem de offici. Perfecta liberalitas fide/causa.loco tempore commendatur. Fide vt prius opereris circa domesticos fidei.¶Idem. Non omnibus debemus misericordiā:sed quia plerīq̄ fraude eā querunt z confingunt erū nā:ideo vbi causa manifestatur:persona cognoscit:tēpus vrget:largius se debet profundere misericordia.¶Idem. Affectus diuitem collatorē aut pauperem facit:z precium rebus imponit.¶Idem. Si peregrinū subtectum tuū inducas/si suscipias egētem:ille tibi acquirit sanctorum amicitias:z eterna tabernacula.¶Idem Aurum ecclesia habet non vt seruet:sed vt eroget:z subueniat etiam necessitatibus.¶Idem super Lucam. Tu qui putas te manum habere sanam: caue ne auaritia:caue ne sacrilegio contrahatur:extende sepius eam:extende eam ad illum pauperem qui te obsecrat:extēde vt proximum iuues: vt vidue feras presidium:eripias iniurie quem vides iniuste contumelie subiacere.¶Hieronymus in episto. O quanta beatitudo pro paruis magna recipere:eterna pro breuibus:promorituris semper viuentia:z habere deum dominum debitorem.¶Augustinus contra quinq̄hereses. Obsecutus est Loth angelis tanq̄ peregrinis consuetudine hospitalitatis:liberatus a periculo ciuitatis:et temporale euasit incendium et eternum consecutus est premium. Discite ergo Christiani sine discretione exhibere hospitalitatem:ne si forte cui domum clauseritis/cui humanitatem denegaueritis:ipse sit Christus.¶Idem in epistola. Utilius esurienti panis tollitur:si de cibo securus iustitiam negligat:q̄ ei panis frangitur vt iniustitie seductus acquiescat.¶Idem in sermo. Redime te homo dum viuis:redime te ipse dum potes redime te inquam dum precium in manibus habes. redime te ne dum te mors amara preuenerit:et vitam simul et precium perdas sine causa. hoc vis dimittere vxori que forsitan alium habebit maritum.¶Idē. Qui sibi aut premium temporale:aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri:redditis decimis de nouem partibus studeat elemosynam dare.

¶Idem. Si decimas non habes fructuum terrenorum: quod habet agricola: quod te pascit ingenium: dei est: inde decimas expetit vnde viuis: de militia: ꝰ negocio: ꝰ artificio tuo redde decimas. aliud enim de terra repē dimus: aliud de tonsura ouium: ⁊ de lacte. ¶Idem. Da pauperibus ⁊ habebis thesaurum in celo: non sine thesauro remanebis: ſꝫ quod habes ī terra sollicitus: habebis in celo securus ¶Idem in enchyridion. Multa sunt genera elemosynarum: quas cum facimus adiuuamur vt dimittātur peccata nostra. sed ea nihil ē maius qua ex corde dimittimus quod ī nos ꝗſq; peccauit. ¶Leo papa in sermo. Magna est elemosyna que ardentium criminum globos benivolentie sue fonte refrigerat. ⁊ quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum. vt ꝯuis offensus deus. ꝯuis criminib? prouocatus cogatur liberare elemosynis quē disposuerat punire peccatis. ¶Bernardus in epistola. Vere beatus qui intelligit non super cupidum: ſꝫ super egenum ⁊ pauperem illum inꝯ pauperem qui inuite petit ⁊ verecunde accepit: ⁊ accipiens glorificat patrem suū qui in celis est. Multa infra li. iij de connexione.

¶De elemosyna iaccepta. Capitulum. l.

ORego. in regul. Quicquid ī dei sacrificio ex scelere offertur: omnipotētis dei nō placat iracundiam. sed irritat. ¶Idem ī moza. Quisquis super eum cui aliq̄d tribuit fastu se elationis extollit: maiorem culpam intrinsecus superbiendo pagit: ꝯ extrinsec? largiendo mercedem acquirit. ¶Isidorus in syno. Nihil proficit si alterum inde reficis: vnde alteri maciem facis: condemnat miseratio ista non propiciat. ¶Idem de sum. bono. Non est elemosyna que gracie magis causa ꝯ misericordie impertitur intuitu: quali enim intentione ab vno quoq; largit taliter ⁊ apud deum recipitur. ¶Augustinus de ciuitate dei. Sicut non fratri suo dicit fatue qui cum hoc dicit: non ipsi fraternitati: sed peccato eius infensus ē alioquin reus erit gehenne ignis. ita econtrario qui porrigit elemosynam Christiano: nō Christiano porrigit si non ī eo diligit Christum. ¶Idem super. ꝑs. Qui dat elemosynam vt careat tedio interpellantis: non vt reficiat viscera indigētis ⁊ rem ⁊ meritum perdit. ¶Ambrosius super Lu. Hospitalem esse propter remunerationū affectus auaricie est. ¶Idem. Qui misericordiam defert: supra de beatitudine. ¶Johannes Chrysostomus super Mattheum. Non gaudēt martyres quando ex illis pecunijs vel elemosynis honorantur de quibus pauperes plorant. ¶Idem. Qualis est ista iustitia munerare mortuos ⁊ spoliare viuētes: de sanguine miserorum tollere ⁊ deo offerre: illud non est deo offerre: sed violentie sue socium facere deum: acsi deus oblatam sibi pecuniam de peccato libenter accipiat et consentiat peccato. ¶Bernardus super Cantic. Non recipit deus elemosynam de manu raptoris seu feneratoris: sed nec de hypocrite quidem. q̄ cum facit elemosynam: facit tuba cani ante se vt glorificetur ab hominib?

¶Finit Liber secundus De principalium viciorum ⁊ virtutum multiplicitate.

¶Pharetre Sācti Bonauenture Cardinalis ordinis Fratrum minorum Liber Tertiꝰ De periculosis.

¶De voluntate. Capi.j.

¶Rego. ímora. sup illō Job. vj. Inuoluteſūt semite gressuus eorū. ⁊c. Reprobi recta quidem deliberando appetūt: sed ad cōsueta semp mala recurrunt. Et infra. Bona quidē cupiunt: sed a malis nūq̄ recedūt. Esse quidē humiles: sed sine despectu. esse contenti ꝓprijs sed sine necessitate: pauperes esse volunt sed sine defectu. esse casti: sed sine macerationē corporis. esse patientes sed sine contumelijs volunt. Cumq̄ adipisci querūt virtutes: sed labores virturum fugiunt: q̄d aliud q̄ꝫ ⁊ belli certamina in campo nesciunt: ⁊ triūphare in vibibus de bello concupiscunt? ¶Idem. Nequaq̄ homo ad prauam delectationem rapitur: nisi prius per voluntarias mētis tenebras īfirmet. ¶Idem. Cum quis adhuc ex timore bona agit: a malo penitus nō recessit. quia corpso peccat quo peccare vellet si inulte potuisset. ¶Idem. Nō intuet dñs q̄ꝫtum quisq̄ mali valeat facere: sed q̄ꝫtum velit. ⁊ cum deest potestas male faciendi foris: apud se tamen tyrannus est cui iniquitas dominat intus. ¶Hiero. in epi. Tantum virtuti adijcies: q̄ꝫtum ꝓprie volūtati subtraxeris. ¶Augusti. de libero arbitrio. Voluntas auersa ab incommutabili et communi bono: ⁊ conuersa ad proprium bonum: aut ad exterius: aut ad inferius peccat. Ad proprium bonum cōuertitur cum sue potestatis vult esse. ad exterius autē cū alioꝝ ꝓpria vel quecunq̄ ad se nō pertinent cognoscere studet. ad inferius cū voluptatem corporis diligit: atq̄ ita homo superbus ⁊ curiosus et lasciuus effectus excipitur ab illa vita que in ꝓparatione superioris vite mors est. ¶Idem. Volūtas mala. Infra de quattuor affectionibus inordinatis. ¶Idem de confes. Ex voluntate peruersa facta est libido. ⁊ dum seruit libidini: facta est cōsuetudo. ⁊ dū consuetudini non resistitur: facta ē necessitas. ¶Idem i epi. Animis peruersis se amat: qui alios vult errare vt error suus lateat. ¶Idem de vera religione. Nunc vsq̄ a deo peccatū voluntarium malum est vt nullo mō sit peccatum si non sit voluntarium. ¶Idē de trini. Mala voluntate vel sola miser quisq̄ efficit: sed miserior potestate qua desiderium male volūtatis adimplet. ¶Idem de cathe. ru. In hac vita homines magnis laboribus reqem querunt ⁊ securitatem: sed prauis cupiditatibus seducti non inueniunt volunt enim requiescere in rebus inquietis. nam si in diuitijs velit homo requiescere: magis superbus efficit q̄ꝫ securus. ¶Idem de verbis domini Deus amissus mors anime est: anima amissa mors corporis est. mors corporis necessaria: mors anime volūtaria. ¶Joh. Chryso. de militia spirituali. Scito q̄ te non vincet natura corporis: neq̄ strangulabit īuitum: neq̄ eī te obnoxium ⁊ seruum faciet ex libero nisi volūtaria tua declīatio. ¶Idē super Joh. Electionis ⁊ ꝓprie voluntatis est omnis malicia hois. ¶Ber. super canti. Si in die ieiunij mei inuenitur voluntas mea: non tale ieiuniū elegit spōsus. nec sapit illi ieiuniū meum qō non lilium obedientie: sed vicium ꝓprie voluntatis decorit. Ego ergo nō solum de ieiunio: sed de silentio de vigilijs/ de oratione/ de lectiōe/ de opere manuū. postremo de omni obseruatione monachi: vbi inuenit volūtas sua in ea ⁊ non obedictia magistri idipsum sentio. ¶Idem de libe. arbi.

Duo sunt que iniustam comprobant volũtatẽ: vel cũ peccare vel cum impune peccasse libet. ¶ Idem i ser. Quid odit aut quid punit deus preter ppriam voluntatem? cesset voluntas propria & infernus iam non erit. in quem enim ignis ille deseuiet nisi in volũtatem ppriam. ¶ Idem. Vnde sunt scãdala & vnde pturbatio nisi q ppriam sequimur voluntatem. & tenere qđ voluerit ipsa in corde nostro diffiniẽtes si quomodo id phiberi contingat cõtinuo i impatientiam & murmurationem & scandalum pni sumus.

¶ De remorsione. Cap. ij.

GRego. in mora. Dũ nulla bonorum operum confidentia fulcit: intueri summa mens trepidat: quia ipsam conscientia accusat. ¶ Idem. Quisquis a ꝑceptis dominicis discordat opere: quotiens audit vel legit. corde suo reprehendit atq confundit: quia id quod non fecit memorat. Nam i quo se errasse cõsiderat: ipsa se latenter conscientia accusat. ¶ Idem super Ezech. Scriptura sacra ei suauis est ad loquendum: cui interius impressa ad viuendũ fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet: quem vita reproba intra conscientiam remordet. ¶ Isi. in syno. Nulla pena grauior mala conscientia. vis aũt nũq esse tristis bene viue. ¶ Idẽ de sum. bo. Omnia fugere poterit homo ꝓter cor suum. non eni potest a se quisq recedere: vbicũq ei abierit reatus sui cõscientia illum non derelinquit. ¶ Idem. Abyssum abyssum inuocat: est de iudicio sue conscientie ire ad iudiciũ dãnationis eterne. ¶ Ambro. de offi. Que pena grauior q ĩteriotis vulnus cõscientie? Nonne hoc magis fugiendum: q mors: q dispendium: q exilium: q debilitas: q dolor est? ¶ Bernardus. de considera. Vicios⁹ viciorum conscientias non refugit: & vbi omnes sordent vnius sordor minime sentitur. ¶ Idem. Ad non inflationes. Supra libro secundo de intelligentia. ¶ Idem i sermo. Quis magis mortuus eo qui portat ignem in sinu: peccatum in conscientia: nec sentit: nec excutit: nec expauescit? ¶ Idem. Qui conscientias. Infra de mutabilitate. ¶ Seneca in epistola. Quid prodest recondere se: oculos hominum aureq vitare? bona cõscientia turbam aduocat: mala etiam in solitudine anxia atq sollicita est. si honesta sunt que facis omnes sciant: si turpia quid refert neminem scire cũ tu scias? o miserum si cõtemnis hunc testem.

¶ De stultiloquio. Ca. iij.

GRegorius in mora. Stulte contra deum loquitur: qui inter diuine animaduersionis flagella positus iustificare semet ipsum conatur. ¶ Idem. Duo sunt genera locutionum importuna valde & noxia generi humano. Vnum quod curat etiam peruersa laudare: aliud quod studet semper etiam recta corrigere. ¶ Idem. Sicut plerisq reticẽt Infra de credulitate. ¶ Idẽ. Apud homines cor ex verbis: apud deum vero verba pẽsantur ex corde. ¶ Idẽ. Qui verba sua metiri nesciunt ꝑcul dubio ad ociosa dicta dilabunt i quibus. si se minime reprehendũt: statim ad noxia & contumeliosa prosiliunt. ¶ Idem in dialogo. Loquendo cũ secularibus fit: vt ab ociosis ad noxia: a leuibus ab grauiora veniam⁹. & os nostrum ab omnipotente domino tãto minus exaudiatur ĩ prece: q̃to amplius inquinatur stulta locutione. ¶ Isido. de summo bono. Quadriptita est loquendi ratio. quia vel bonũ bene: vel malum male: seu bonum male: seu malum bene profertur. Bonũ quippe bene loquit qui ea que recta sunt humiliter annũciare videt. Malum male loquitur: qui quodlibet flagitium persuadere conatur. Bonum male loquitur: qui quodcũq rectum arroganter predicare sentitur. Malum bene loquitur: qui aliquod nar

rando vicium deteſtatur: vt ab eo homines auertantur. ¶ Auguſtinus ſuper cano. Jacobi. Lingua facilitatē habet motus: in vdo poſita eſt: facile in lubrico labitur. ꝙto illa citius ⁊ facilius mouetur: tanto tu aduerſus illam fixus eſto. ¶ De multiloquio. Gregorius in morali. Certum eſt ꝙ verboſus vir iuſtificari neꝙat. ¶ Jdē. Mentis iuſtitia deſolatur quādo ab immoderata locutione non parcitur. ¶ Jdem in paſtora. Quia murum ſilentij non habet patet inimici iaculis ciuitas mentis: ⁊ cū ſe per multa verba extra ſemetipſam eycit: apertam ſe totam aduerſario oſtendit. quam ille tanto ſine labore ſuperat: quanto ⁊ hec eadem que vincitur contra ſemetipſam per multiloquiū pugnat. Prouerbiorum. xxv. Sicut vrbs patēs ⁊ abſq; murorum ambitu. ita vir qui nō poteſt in loquēdo cohibere ſpiritum ſuum. ¶ Jdem ſuper Ezechi. Valde difficile eſt vt qui multa loquitur non etiam mentiatur. ¶ Jſidorus in ſyn. Loqui multum ſtultitia eſt. ⁊ vox inſipientis in multiplicatione ſermonis ¶ Jdem. Multiloquium nō declinat peccatum. fluuius enim exundans cito colligit lutum. ¶ De nugis. Gregorius i morali. Ociosum verbum eſt quod aut ratōe iuſte neceſſitatis: aut intentione pie vtilitatis caret. ¶ Jdē. Qui verba. Supra eodem. ¶ Anb. ſuper beati immaculati. Non mediocre periculum eſt cum habeas tanta eloquia dei ⁊ opera que fecit i geneſi. in Exodo. in Leuitico. Numeri. Deuteronomio. Jeſu Naue. Judicum li. Regum atq; Eſdre. ⁊ que dixit ⁊ que fecit in euangelio: in actibus Apoſtolorum: ſi illis preterm̃iſſis loquaris q̃ ſeculi ſunt: audias q̃ vana ſunt ⁊ otioſa. ¶ Jſido in ſyn. Sermo vanus vane conſcientie index eſt. Mores enim hominis lingua pādit. ⁊ qualis ſermo oſtenditur: talis ⁊ animus comprobatur. ¶ Jdem de ſum. bo. Vani ſermones in ore chriſtiani non debent inueniri. Nā ſicut malos mores bonis colloquia corrigunt. ita prava colloquia bonos mores corrumpunt. ¶ Johā. Chryſoſto. ſuper Matth. Omnis ſermo vanus qui dicitur: immundo ſpiritu dictante, pfertur. ¶ Hieron. in epiſtola. Quicquid non edificat audientes: in periculum vertit loquentium. ¶ Bernar. in apolo. Vobis conuenientibus in vsum. vt apoſtoli verbis vtar. iam non eſt dominicam cenā manducare. panem quippe celeſtem nemo ē qui requirat. nemo qui tribuat: nihil de ſcripturis ſacris quiſq; loquitur: nihil de ſalute agit animarū: ſed nuge ⁊ riſus ⁊ verba multa proferunt in ventum. ¶ Jdem de p̃cep. et diſ. Stultiloquia ⁊ vaniloquia nunq; niſi contra mandata dei vſurpantur. peccata quippe ſunt ⁊ deus prohibet omne peccatum. ⁊ tamen venialia nō criminalia reputantur: excepto ꝙ cū per contemptum vertuntur in vſum ⁊ conſuetudinem. ⁊ tunc non peccati ſpecies: ſed peccantis intētio penſat. ¶ Jdem de conſide. Fugienda ocioſitas mater nugarū: nouerca virtutū. Inter ſeculares qppe: nuge nuge ſūt: in ore ſacerdotis blaſphemie: interdū tū ſi incidant ferēde fortaſſis: referē de nūq;: magis interueniēdū caute ⁊ prudenter nugacitati. ¶ Jdem. Conſecraſti os tuum euangelio: nugis igitur iam os aperire illicitum eſt. aſſuescere vero nugas loqui ſacrilegū eſt. Labia ſacerdotis ait propheta: cuſtodiunt ſcientiā: ⁊ ex ore eius requirūt legem: non nugas aut fabulas. ¶ Jdē. Verbum ſcurrile ab ore procul ſit: et pcul ab aure relegandum eſt. Fede enim ad cachinnos moueris: ſed fedius alios moues. ¶ De iactātia. Grego. in moral. Procaces quiq; etiam nota iactantes proferunt. vt loquentes docti videantur. ¶ Jdem. Seipſo ſuperbiens ab integritate ſalutis corruit: quo iactantia cuiuſlibet virtutis intumeſcit. ¶ Jdem. Arrogantes ſi non inueniunt voces hominū quas inhiantes expectant: ipſi ſcientiam ſuam laudantes predicant. ¶ Jdem

ta pastora. Eligit patiēs quilibet ma-
la perpeti: q̄ per ostētationis vitium
bona sua occulta foris publice cogno
sci: at contra eligit arrogās bona de
se vel falsa iactare ne mala possit vel
minima perpeti. ¶ Isido. ō summo.
bo. Culpabiliter man⁹ ad dñm expā-
dit: q̄ facta sua iactant, pdit. ¶ Ber.
ō. xij. gradibus. Bonachus iactator
aut loquet aut rumpet. Plenus est
eni sermonibus: ꝛ coarctat eū spirit⁹
veteri sui: ꝓpterea sitit ꝛ esurit audito
res q̄b⁹ suas iactet vanitates. ¶ De
excusatiōe. Greg. in home. Sunt mł-
ti q̄ prauitatē suā ex alienis prauita-
tibus tuent: quia eni alios talia feci-
sse cōsiderāt: se hec facere licenter pu
tant. ¶ Idē in mora. Visitatū humani
generis viciū est: ꝛ libēdo peccatū cō
mittere: ꝛ cōmissum negādo abscēde-
re: ꝛ conuictū defendēdo multiplica
re. ¶ Idē. Sunt nōnulli qui nequaq̄
desient q̄ faciunt: sed etiam laudare
ꝛ defendere non desistūt: ꝛ nimirū cū
defenditur culpa geminat. ¶ Idem.
Superbie vitiū est vt quod de se fate
ri quisq̄ quasi sponte dignat: hoc sibi
dici ab alijs dedignetur. ¶ Iero. in
ozi. sup Osee. Libēter vitys nostris
applaudimus: ꝛ superati voluptati-
bus obtendimus carnis infirmitatē:
aut dura maiox imperia. ¶ Idē. Ni-
hil ommino agimus. Infrą de cōsola-
tione mala. ¶ Isidorus de sum. bo.
Est quox̄dam excusatio peruersox̄
qui dum pro suis facinoribus arguū-
tur: verba iustox̄ pro censura decli
nanda abijciunt: reseruantes se diui-
no iudicio: quo puniendi sunt duri⁹:
dum tempoxaliter contemnunt iudi-
cari ab homīb⁹. ¶ Bernardus su-
per Cant. In animam peccat suam
qui excusat dum arguitur: repellens
proinde a se indulgentie medicinam:
ꝛ sic vitam sibi intercludens eternam
¶ Idem de. xij. gradib⁹. Multis mo-
dis fiūt excusatiōes in peccatis: aut
enim dicit qui se excusat: non feci: aut
feci q̄dē sed bene feci: aut si male: non
multum male: aut si multum male: nō
mala intētione: si autem de illa velut
Adam vel Eua conuincit: aliena sua
sione excusare se nitit. ¶ Idem super
Qui habitat. Omnes aliquando ca-
dere necesse est: dū in hoc seculo deti
nent: sed alij quidē collidunt: alij nō
quia dñs supponit manū suā: verum
hoc interest inter eox̄ casus q̄ iustus
suscipit a dño: ideoq̄ resurgit fox̄tox̄
iniust⁹ aūt cū ceciderit nō adijciet vt
resurgat: imo ꝺo aut i pudoxe noxiū
aut in ipudētiā cadit: aut eni excusat
q̄d fecit: ꝛ hoc ē pudox adducēs pec-
catū: aut fit ei frons meretricis: ꝛ iā
nec deum timet nec hoīes reueret.
¶ Ambro. in apolo. Aliqui homies
cum a sacerdotib⁹ coxripiunt: pecca-
tū suum aggrauant dū negare cupi-
unt aut defendere. ¶ Aug. Nonnul-
li. s. li. j. de militib⁹. ¶ Glo. psal. lxix.
Malū est peccare: peius est perseue-
rare: sed pernicioſius est defendendo
se i deū culpā refundere. ¶ De accu
satione. Gregoxius in moral. Inuidi
dum bonū q̄d vident accusare neque
unt: excecati malitia malū q̄d non vi-
dent ad accusationem querūt. ¶ Isi
doxus in syno. Nullū iudices suspitionis
arbitrio: ante proba ꝛ sic iudica: non
enim qui accusat sed qui cōuincitur
reus est. ¶ Aug. in ser. domini in mō
te. Accusare vitia officium est virox̄
bonox̄um ꝛ benivolox̄um. ¶ De mur
muratione. Gregoxius in homel. Si
iusta placere deo scimus: pati autem
nulla nisi que dño placuerit possum⁹
iusta sunt cūcta que patimur. Unde
valde iniustū est si de iusta passione ꝛ
afflictēe murmuramus. ¶ Idē. Qui
contra superpositam sibi potestatem
murmurat: liquet q̄ illum redarguit
qui eādem homini potestatem dedit.
¶ Idem in homel. Regnum celox̄um
nullus murmurans accipit: nec vllus
qui accipit murmurare potest. ¶ Jo
hannes Chrysso. in sermo. Qui mur-
murat de periculo tentationis: mur-
murat de premio ꝓbationis. ¶ Ber
nar. de conside. Si is qui murmurat
fm animam moxtuus est: qui ad mur

murandum instigat quomodo viuit? ¶ Idem in ser. Nihil sic horrendū vt murmur et dissensio in congregatione monachorū. ¶ Idem. Si molestē ceperis sustinere: si iudicare prelatum: si murmurare in corde: etiam si exterius impleas quod iubetur: non est fructus patientie: sed velamen malitie. ¶ Glo. Numeri. xj. Ignis iustę vltionis in futuro illos excruciat: qui lingua inflāmata a gehenna murmurāt et detrahunt. ¶ De cōtentione. Grego. in moral. Culpabiliores esse solēt hi qui loqui in contentione inchoant q̄ qui respōdent. ¶ Idem. Quisquis in seminando iurgia dilectionem proximorum perimit: hosti familiarius seruit. ¶ Idem. Hypocrita assumpto sancto conuersationis habitu filiorū suorū custodiā deserit: sed tēporalia quęq; defendere etiā iurgijs querit. ¶ Augu. in regula. Lites nullas habeatis aut q̄ celerrime finiatis: ne ira crescat in odiū: et trabem faciat de festuca: et animā faciat homicidā: sicut enim legistis. Qui odit fratrem suū homicida est. ¶ Idē. Vobis a verbis durioribus parcite: que si emissa fuerint ex ore vestro: nō pigeat ex ipo ore proferre medicamenta vñ facta sunt vulnera. ¶ Ysido. in syno. Contentio faces odiorū accendit: pacem cordis contentio extinguit: concordiam cōtētio rumpit. Sene. in epla. Rixa est inter cōpetitores. ¶ De cōuiciatiōe Grego. in moral. Sepe praui dū sue vitiū torpitudinis ignorāt: audenter aliorum rectitudinē lacerāt: cūq; cōtra bonos sibi auctoritatē increpationis arripiunt: aut ea bona proferunt que nō videndo sed audiendo didicerunt: aut ea mala alijs mētientes ingerunt que ipsi cōmisserunt. ¶ Idem Sepe qui in potestate sunt ad subiectorum passim cōtumelias erumpūt et hoc quod inuigilantes regimini seruiunt: per lingue procacitatem pdūt minori scz rectitudine verba iudicis pensantes: quia qui sine causa fratrē fatuū dixerit: gehenne se ignibus addicit. ¶ Johannes Chryso. de cōpū. cor. Siue fatuū quis dixerit: siue vanū: sine latronē: siue quolibet alio nomine iniuriā vel maledictū fratri ingesserit: ex quolibet horum vocabulo sub maledicti titulo gehēne ignis supplicijs condemnat. ¶ Augus. Qui cūq; cōuitio. s. in caplo de satisfactione lib. y. ¶ Hiero. in epla. Nec sibi qs q̄ de corporis castitate supplaudat cum de verbo otioso quodcunq; locuti fuerint hoies reddituri sunt pro cogitationē in die iudicij: eū etiā homicidij sit reatus puritū in fratrē. ¶ Bernar. in epla. Ego plagis sciētie mee nullū iudico accōmodatius medicamentum probris et cōtumelijs: non est proide q̄ pro me mouear homuncio omni opprobrio dignus et despectiōe ¶ De derisione. Grego. in mora. Timendū est ne etiā nobis cadentibus surgat: qui a nobis stantibus irridetur q̄uis stare iam nō nouerit qui nō stantem nouerit irridere. ¶ Idē. Illū facit humana derisio deo proximum quē ab humanis prauitatibus vite innocentia seruat alienū. ¶ De maledictione. Grego. in moral. Aliter maledictū proferr pretextu iustitie: aliter liuore vindicte. ¶ Idem. Cū sancti viri maledictionis sententiā proferunt non ad hāc ex voto vltionis: sed ex iustitia examinis erumpunt. ¶ Idem. Qui maledictionibus inimicū impetunt: quid aliud in illo deū facere volunt: nisi qđ ipsi aut facere nequeunt: aut erubescunt. ¶ Idem in regist. ad quēdā archiepm. Nil te ostendis de celestibus cogitare: sed terrenā te cogitationē habere significas: dū p vindicta ppriē iniurie quod sacris regulis phibet maledictū anathemat; inuexisti. ¶ Idē in dial. sup illud. Neq; maledici regnū dei possidebūt. Idē. Sa q̄ grauis ē culpa que separat a regno vite. ¶ Augu. de cōflictu. Quid de illis dicendū est qui furore cecitatis vsq; ad verba prorumpūt maledictionis: nisi hoc quod apostolus ait: Neq; maledici regnum dei possi-

bunt. ¶ Prouer. xxvj.a. Maledictū frustra prolatū in quēpiam deuoluetur. Interl. in proferentē. Ibidē glo. Est aliquod maledictū iuxta diuinā iustitiā vt excōmunicatio. ¶ Johā. Chryso. de compunc. Christus orare nos pro calumniātibus iubet. nos autē insidias z dolos etiā amicis cōcinnamus. Christus maledicentibus benedicere iubet: nos aūt ecōtrario aut priores maledicim⁹: aut maledicti alterius multiplicata maledicta restituimus. ¶ De detractiōe. Grego. super Ezech. Peruersorū derogatiōi te nostre approbatio est: quia iā ostenditur aliqd iustitie nos habere: si illis displicere incipimus qui nō placent deo. ¶ Idem. Ne immoderatę. Infra de infamia. ¶ Isido. in syno. Detractio graue crimen est: detractio grauis damnatio est. ¶ Idem. Nunqꝫ detrahes si te bene perspexeris. ¶ Idē. Erit ille apud deū. Infra de credulitate. ¶ Johā. Chryso. in ser. Ad condemnandū ceteros omne vite nostre tempus absumimus: a quo vitio neqꝫ seculi hominē: neqꝫ monachū vllum facile inuenias liberū. ¶ Hieron. in episto. Qui hoies sumus: z interdum cōtra annorū maturitatē puerorū vitijs labimur. Si me vis corrigi delinquentē aperte increpa tm̄: ne occulte mordeas. ¶ Bern. sup. Cant. Vnus est detractor qui loquitur: z vnū tm̄ verbū profert: z tm̄ illud vnū verbum vno in momento: multitudinis audiētium aures inficit: animas interficit. ¶ Idē de cōside. Detrahere an detrahentē audire: quid horum damnabilius sit non facile diuerim. ¶ Ansel. de similitu. Tria sunt genera homicidij que pari plectuntur pena. interfectio hominū. detractio proximorum odium fraternum. ¶ Idē. Detractio est quotiens quis aliquid ea intentione de aliquo dicit vt ipse minus amari vel appreciari possit. ¶ De adulatione. Gregorius in dialogo. Moris est vt occupato in multis animo adulatio valde surripiat: si ab ipso cordis ostio nequaqꝫ fuerit citius repulsa. ¶ Idem in regist. Nec nouum nec reprehensibile est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quādo in huiusmodi causis nō ex iudicio: sed ex solo fauore adulationis venit electio. ¶ Idem in homie. Vix pro culpa sua quēpiam aperta voce reprehēdimus: z adhuc quod est grauius aliqui si psona i hoc mūdo potēs sit eius fortitan z errata laudant: ne si auertat per iracundiā munus subtrahat quod impendebat. ¶ Ambro. de offi. Non est vera amicitia vbi est fallax adulatio. ¶ Idem. Prospiciendū est ne adulātibus aperiamus aurem: emolliri enī adulatione non solum fortitudinis nō esse: sed etiā ignauie videt. ¶ Augu. de questio. ve. z no. test. Adulator est q̄ idcoo dat psensum ne offēdat eū quē optat habere propiciū. ¶ Idē de trinit. Si inimicus insultat ferēdus est: amicus aūt si errat docendus est: si nocet audiendus: laudator vero z errans confirmat errorē: z adulās illicit in errorem. ¶ Hiero. in glo. Mat. xj. Rigida vita z predicatio vera declinare debet mollium palacia: que frequētant molubus induti adulātes qui ponunt puluinaria sub cubito: qui vitā palpant peccantium: non pungūt: vt vel sic aliquid venentur. ¶ Bernar. Habet vera. Infra li. iiij. de amicitia. ¶ Glo. super psal. lxix. Plus nocet lingua adulatoris: q̄ manus persecutoris. ¶ Sene. in epi. Illud precipue nos impedit q̄ cito nobis placem⁹ si inuenim⁹ qui nos bonos viros dicat: qui prudentes: qui sanctos z non sumus. ¶ De suggestione. Grego. sup Ezechie. Vi qui z alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt: in semetipsis ministerium demonum suscipiunt. ¶ Hieronymus in epistola. Cum de aliquibus qui sanctum nomen profitētur aliquid criminis vel falsi somuerit vel veri patuerit: instant mali: satagunt: ambiunt: vt de alijs oibus hoc credatur. ¶ Isido. de summo bono.

Deteriores sunt qui siue doctrinis siue exemplis vitam moresq; bonorum corrumpunt: his qui substantias aliorū predaq; diripiunt. ¶ De turpiloquio. Hiero. in epla. Non flagitio lingue nitorem ꝙ anime puritatē: apud christianos enim solecismꝰ est: et magnum vitiū turpe quid vel narrare vl facere. ¶ Bernar. in ser. Dum ociosa tanq; minima spernimus: ad turpia interdum et ihonesta dilabimur. ¶ De mendacio. Grego. in mora. Deus mē dacio nostro non eget: q; veritas fulciri nō querit auxilio falsitatis. ¶ Idē. Sūmopere cauendū est omne mēdacium q̄uis nōnunq; sit aliquod genꝰ mendacij culpe leuioris. s. si quisq; beneficiū prestando mētiat. ¶ Idē. Incaute sunt humiles q̄ se mendacio illaqueant dū arrogantiā vitant. immo mentiendo superbiūt qui contra veritatem se erigūt quā relinquūt. ¶ Idē Quisq; expositor. Infra li. iiij. de doctrina. ¶ Isido. in syno. Caue mēdatiū in omnibus: mēdacio enī fides tollitur: error inducitur: veritas abolet. nullum mendacium potest esse iustū. ¶ Idem de summo bono. Testis falsi dicus tribus est personis obnoxius: primum quidem deo quem periurando contemnit: cōsequenter iudici quē mentiendo fallit: postremo innocenti quem mentiendo ledit. ¶ Idem. Non nunq; peius est mēdacium meditari q̄ loqui: nam interdum quisq; incautus solet ex precipitatione loqui mendacium. meditari autem nō potest nisi per studiū. ¶ Aug. in enchy. Utiq; verba propterea sunt instituta: non p que inuicem se homines fallant. sed p que in alterius quisq; notitiam cogitationes suas perferat. ¶ Idem. Mihi videtur omne mendacium esse peccatum quidem: sed multum interesse quo animo et de quibus rebus quisq; mentiatur. ¶ Idem. Omne mēdaciū ideo dicendum est esse peccatum: q; homo non solum quādo scit ipse quid verum sit: sed et si quando errat et fallitur sicut homo: hoc debz loqui quod animo gerit: siue illud verum sit: siue putet et nō sit. ¶ Idem in lib. de mēdacio. Mēdacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. ¶ Idē de vera religione. Inest omni mētienti voluntas fallendi: etiam si ei nō credatur. ¶ Idē de doctri. christia. Nemo mentiens in eo qđ mētitur seruat fidem. nam hoc vult vtiq; vt cui mentitur sibi fidem adhibeat: quā tamen ei mentiendo non seruat: ois autem fidei violator iniquꝰ est. ¶ De iuratione. Aug. de mendacio. Dico vobis nō iurare oīno: ne sez iurādo semel ad facilitatē iurandi veniat: ex facilitate ad consuetudinē: et ex cōsuetudine in periuriū decidat. ¶ Idem sup cano. Iac. Falsa iuratio exitiosa est: vera iuratio periculosa: nulla secura. ¶ Idem. Quā graue peccatū est periurare: cōpendiū tibi dedit scriptura dicēs. Noli iurare. ¶ Idē. Periuriū precipitium est: qui iurat iuxta est: q̄ nō iurat lōge est: q̄ verū iurat nō peccat: sed prope est ad peccatū: sed q̄ nō iurat nō peccat et lōge est a peccato. ¶ Idē. Qui iuramētū exigit ab alio: multū interest si nescit illū falsum turaturū/an scit. Si enim nescit et ideo dicit: iura mihi: vt fides ei fiat: nō audeo dicere esse peccatum: tamen humana tentatio est. Si autem scit et cogit eum iurare: homicida est: ille enim suo periurio se perimit. ¶ Idem in epistō Sine dubio minus malum est per deum falsum iurare veraciter q̄ per deum verum iurare fallaciter quanto enim per quod iuratur magz est sanctū: tanto magis est penale periurium. ¶ De blasphemia. Grego. in moral. Filij in cordibus deo maledicunt cum recta nostra opera a non rectis cogitationibus prodeūt: cū bona in aperto exerunt: sed noxia in occulto moliunt. ¶ Idem ibidē. Deo q̄ppe maledicūt cū se et ab illo accepisse vires intelligunt: sed tamē de eius muneribus ꝓpriā laudē querūt. ¶ Augu. de vera religiōe. Blasphemia est cum aliqua mala dicuntur de bonis,

Itaq; iam vulgo blasphemia est vbi mala ꝺba de deo. ¶ Glo. Aug. ephe. iiij. Blasphemia est per quam de deo ipso falsa dicunt. ⁊ iō peius ē blasphemare q̄ peierare: q; peierādo falsē rei adhibet testis deus: blasphemando de ipso deo falsa dicunt. ¶ Idem sup Johannē. Flagellatus ē Christ⁹ flagellis iudeoꝝ: sed non minus flagellatur blasphemijs falsorum christianorum. ¶ Joh. Chrys. super Joh. Glorificemus deum: non per fidem solū: sed etiam p vitam. q; aliter neq; erit gloria sed blasphemia. non enī ita blasphemat deus a gentili existente inq̄nato vt a xp̄iano corrupto. ¶ Bern̄. Fugiēda ociositas. Supra de nugis. ¶ Idem. Cauete ne quis parua. Supra. li. ij. de peccato. Glo. Esay. xviij. Omne petīn blasphemie comparatū minus est. ¶ Glo. p̄s. lxviij. Grauius peccat contēptor sedentis in celo maiestatis: q; crucifixor ambulātis i terra paupertatis.

¶ De occupatione. ca. iiij.

Greg. in dialo. Multum est q; vniuscuiusq; p̄sulis mentem curarum dēsitas deuastat. cumq; animus diuidit ad multa fit minor ad singula. tantoq; ei in vna quaq; re surripit q̄to latius in pluribus occupat. ¶ Idem in regil. Sicut toto desiderio debem⁹ curas ⁊ occupationem huius mundi fugere. ita si desit q̄ p̄dicet occupationis onus libēter necesse est humero subire. ¶ Idem. Qui adhuc valetis huius mundi occupationes fugite. q; q̄to quisq; i eo p̄fecerit. tanto vt video ab amore dei amplius decrescit. ¶ Idem in home. Visu terrene cure a celesti desiderio obdurescit animus: ⁊ dū ipso suo vsu durius efficit p actionem seculi: ad ea molliri non valet q̄ pertinent ad charitatem dei. ¶ Idem in moral. Male homo viuit: qñ cum secularium negociorum estus illudit ⁊ inq̄etat. ¶ Idē ¶ Idus in hoc mundo. Infra capi. de honore. ¶ Idem super Ezechie. Quibusdam p̄auis mentibus nihil est laboriosius q̄ si eis p̄cipiat vt in huius mundi actibus nō laborent. ¶ Aug. de vera religione. Amici huius mundi tam timent ab eius amplexu separari: vt nihil sit eis laboriosius q̄ huius seculi curis non laborare. ¶ Ist. de sum. bo. Quanto quisq; curis mūdi maioribus occupat: tanto facilioribus vicijs p̄emit. ¶ Idem. Mundi amatores non solum ex eo rei sunt q; infima p summis appetūt. verumeti: am miseri per hoc q; cum graui erumna ad ipsa desiderata p̄tingūt. ¶ Idē. Longe a deo. Supra. li. ij. de oratiōe inaccepta. ¶ Amb. in ser. Excitat diuitem occupatum cupiditas: excitat cura puigil aliena rapiendi: torquet inuidia: mora vexat: sterilitas p̄uentuum infecunda perturbat: sollicitat abundantia. ¶ Idem in epi. Etsi alijs diues videt sibi pauper est qui non vtit eo quod h;. qui adhuc alia rapit: alia desiderat. ¶ Leo papa. Diabol⁹ oīm discutit consuetudines. omnium ventilat curas: omnium scrutat affect⁹: ⁊ ibi causas querit nocendi vbi quem piam viderit studiosius occupari.

¶ Bern̄. de contemptu. Sane vt exercitij spiritualis ⁊ puri cordis indicium euidens est cōtemptus exteriorum. sic eorūdem sollicitudo certum signum est mentis inculte. ¶ Senec. in epi. Quisquis se fortuitis multum dedit: ingētem sibi materiam perturbationis ⁊ inexplicabilem facit. vna hec via est ad tuta vadēti: externa sic; fortuita despicere: ⁊ honesto p̄tentum esse. ¶ Idem. Omnia impedimēta dimitte: ⁊ vaca bone mēti. nemo ei ad illam peruenit fortuitis occupat⁹

¶ De mutabilitate. Ca. v.

Greg. in regil. Si laudibus aliorum letamur: ⁊ aliorum vituperationib⁹ frangimur gloriam nostram nō i nobis: sed i aliorum ore posuimus. ¶ Idem in mora. Dum cor in aduersis sperat p̄spera: i p̄spis formidat aduersa. huc illuc;

quibusdam fluctibus voluiť.ac p modos varios rerū alternantium mutabilitate versať. ¶Aug.de pastorib⁹. Dominum temerarijs iudicijs plena sunt omnia.de quo ei multū desperauimus subito conuertitur:ꝛ fit optimus.de quo presumpseramus subito deficit ꝛ fit pessimus. Nec timor ergo noster certus est:nec amor noster certus ē.quis sit hodie quisq; vir nouit ipse homo si aūt vtcunq; nouit ipse quid sit hodie. q̄d autē cras erit:nec ali⁹ nec ipse. ¶Idem de medita. Deum me tante infelicitatis:tante perditionis.dū eni que retro sunt obliuiscens ad ea que ante sunt me extendere volo.subito nescio qua miseria me relabi ad inania ꝛ noxia conspicio. ¶Ber. in ser. Qui conscientias suas in alienis labijs ponūt:modo magni:modo parui sunt:modo nulli p̄m q; adulantium linguis vel vituperare placuit vel laudare. ¶Sene.in epistō. Hoc habent iter cetera boni mores placēt ſbi:permanent.leuis est malicia:sepe mutať non in melius:sed in aliud.

¶De vagatione. Cap.vj.

ORego.in pastorať. Interior est custodia cordis que ordinata exterius seruat mēbra corporis.q̄ergo statum mentis perdidit subsequenter foras in incōstantiā motionis fluit. atq; exteriore mobilitate indicat q; nulla interius radice constantie subsistat. ¶Iero.in epla De agmine columbarum crebro accipiter vnam separat:quam statim iugulat ꝛ laceret:in cuius carnib⁹ ꝛ cruore satiet.ꝛ morbide oues suum relinquent gregem:ꝛ luporum faucibus deuorant. ¶Idem super illud. Heu. iuj.p̄m aliam litterā. Egressus Cayn a facie dñi habitabat i terra naid:qō interpretať fluctuatio. quicūq; enim a dño recedit: statim seculi fluctibus quatit.ꝛ mouent pedes eius. ¶Augusti.Cohibeat se li.ij.de continentia visus. ¶Ber.Nil turpius.li.j.de monachis malis. ¶Sene.in epistō. Frequens migratio corporis instabilis animi ppriū est:coalescere ocio nō potest nisi desist circunspicere ꝛ errare. ¶Idem. Ut animum possis continere p̄mum corporis tui fugam siste:deinde remedia continuata plurimum pficiunt. ¶Idem. Sine discere oculos tuos sine aures assuescere saniorib⁹ verbis.quo cum pcesseris in ipo transitu aliqua que renouent cupiditates tuas tibi occurrēt. ¶Idē. Primum argumētum composite vite existimo:posse consistere ꝛ secum morari. ¶Idē. Non cōualescit planta que sepe trāsferť. nihil tam vtile est quod in tranſitu p̄sit. ¶Idem. Auarior:ambitiosior/luxuriosior/immo vero crudelior ꝛ inhumanior redeo:q; iter homines fui. ¶Idem. Nusq; est qui vbiq; est. ¶Idem. Vitam i peregrinatione agentibus hoc euenit:vt multa hospitia habeant:nullas amicitias.

¶De curiositate. Cap.vij.

ORego.in regis. Dum incongrua dicentes audire nō renuis:non solum opinionem tuam:sed grauas ꝛ animam. ¶Idem in home. Graue curiositatis est vicium que dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitam p̄rimi exterius ducit.semper et sua intima abscondit:vt aliena sciens se nesciat:ꝛ omnis curiosi animus q̄to pitus fuerit alieni meriti:tanto fiat ignarus sui. ¶Idem super Ezech. Sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus.ita puersa locutio assidue audita infirmantiū inficit animum vt tabescat delectatione praui operis:assiduitate curiosi sermonis. ¶Idem in mora. Fit recto retributionis examine. vt qui exteriori oculo negligenter vtiť:interiori cordis oculo non iniuste cecet. ¶Idem. Plerumq; res. Infra libro.iij.de innocentia. ¶Aug.in confes. Cum mihi accidit vt me ampli⁹ cantus q̄ res que cantať moueat:penaliter me peccare confiteor.ꝛ tunc mallem non audire cantātē. ¶Idem. Preter q̄ cupi-

scentiam carnis q̄ inest in delectatione omnium sensuum: z voluptatē cui feruētes dicunt q̄ longe se facīt a te dñe: inest aie p eos dē sensus corporis: quedā nō se oblectādi in carne: sz experiendi p carnē vana z curiosa cupiditas noīe cognitiōis z sciētie palliata. ¶ Idē. Pulchras formas z varias: nitidos z amenos colores amāt oculi. nō teneant hec aiam meā. teneat eā deus q̄ fecit hec bona valde. sed ipse est bonū meū. nō hec. ¶ Idem de vera religi. Miseri hoīes quib⁹ cognita vilescūt z nouitatibus gaudent. libentius discūt q̄ nocūt: cum tñ cognitio sit finis discendi. ¶ Joh. Chrysost. in ser. In theatro nō solū vides res infaustas: sed z audis spurciloq̄a. z ex ipso incessu meretricis z habitu molliris: vbi auditu z cantu diabolico lędūtur aures tue. z vndiq̄ pcutit mēs tua. ¶ Isi. in syn. Noli querere quid quisq̄ dicat vel faciat: cuita curiositatem: omitte curā q̄ ad causam tuā nō pertineat. ¶ Idē. Oculi p̄ma tela libidinis. visio p̄ma cōcupiscentia mulieris. ¶ Idē de sum. bo. Quidā curiosi delectant audire quoslibet sapientes nō vt veritatē ab eis querāt. sed vt facundiā sermonis eoz cognoscant more poetarū. q̄ magis ꝓpositionē verborū q̄ sniam vitatis sequunt. ¶ Ber. in medita. Multi multa sciunt: z semetipsos nesciūt: alios inspiciūt z seipsos deserunt. deū querūt p ista exteriora deserentes interiora sua quibus interior est deus. ¶ Idem de. xij. gra. O dyna q̄d necesse est vt videas mulieres alienigenas: aut qua necessitate: aut qua vtilitate: an sola curiositate: etsi ociose vides: non tñ ociose videris. ¶ Idē. Serua cōmissum: caue p̄hibitum: ne p̄das cōcessū. q̄d mulierē tuam morētē tā intēte inuerg: q̄d illuc tā crebro vagāta lumia iacis? ¶ Idē. Nisi mens nim⁹ se curiose seruaret tua curiositas tēpus vacuū nō haberet. etsi culpa non est: culpe tñ occasio est. z iudicium cōmisse z causa cōmittende. ¶ Idem. Bonachus q̄ sui negligens alios curiose circūspicit: dum q̄sdam suspicit superiores: quosdam despicit inferiores: z in alijs quidē videt quod īuidet. in alijs q̄ irridet. unde fit vt p mobilitate oculoꝝ leuigatus animus nulla vtiq̄ sui cura grauatus: modo per superbiam ad alta se erigit: modo p inuidiam in ima se demergit. ¶ Idem Et insolenti corporis motu recēs anime morbus deprehendit: q̄ diu enim a sui circunspectiōe curiosus torpescit: incuriam sui curiosam in alios facit. qui ei seipsum ignorat foras mittitur vt hedos pascat. ¶ Anſ. de similitu. Curiositas est studiū perscrutandi ea q̄ scire nulla est vtilitas. ¶ Sen. in epi. Multum damno sum bonis moribus: q̄ incurioso spectaculo residere. tunc enim per voluptatem facilius vicia surrepunt.

¶ De negligentia. Ca. viij

Gregorius. in moral. Si curare parua negligimus: insensibiliter seducti statim audēter etiam maiora ppetramus. ¶ Idē. Plerumq̄ de bonis per incurie vicium mala nascunt. ¶ Idem. Iniquorum mentes qui damna sua cōsiderare negligunt: integritatem suam quasi nescientes perdunt amittunt nāq̄ a corde innocentiam ab ore veritatē: a carne continentiam. z per accessum temporis ab etate vitam. ¶ Idē in regis. Dum diuina precepta nos moneant proximos sicut nosmetipsos diligere debere: non parue negligentie est precepta dei despicere: z quod sibi quis metuit alij nō timere. ¶ Idem in pas. Si a circunspectionis sollicitudine cor destituitur vulneribus aperitur. quia hostis callidus tāto libertius pectus percutit: q̄to nudum a prouidētie lorica deprehendit. ¶ Augustin⁹ de verbis domini. Sic homines negligunt vitam suam vt nolint habere malam rem nisi ipsam. ¶ Idem. Tu vulnus. Infra. libro. iij. de taciturnitate. ¶ Idem de natura z gratia. Cum vbiq̄ sit presens qui multis modis per

creaturam sibi seruientem auersum vocet: doceat credentem:consoletur sperantem:diligẽtem adhortetur:conantem adiuuet:exaudiat deprecantem.nõ tibi deputatur ad culpam qõ inuitus ignoras:sed q negligis quere re quod ignoras.neq illud q vulnerata membra non colligis: sed q volentem sanare contemnis. ¶ Johannes Chrysostomus de compunc.cor. Si forte in corpore parum aliquid morbi pulsauerit:statim z medicos adhibemus.z pecuniam profundimus:et omni obseruantia que competunt gerimus:nec prius cessatur q̃ que molesta sunt mitigẽtur. anima vero cum quotidie vulneretur :cum per singula lanietur:viatur:precipitetur:z modis omnibus pereat: nec parua quidem pro ea nos cura sollicitat. ¶ Idẽ Non anima pro corpore :sed corpus pro anima factum est. quid ergo quod primum z melius est negligit:z quod inferius est excolit.vtrumq corrumpit. ¶ Idem. Certum est q omnes pariter corrumpat et absumat incuria. dum nemo est qui vel oportuna prebeat:vel importuna prohibeat. ¶ Idem super Johannem. Omni rei magis parcere debes q̃ tempori.aurum enĩ si contempseris poteris rursus vel idipsum vel aliud recuperare :tempus vero si perdideris difficile id resumes. ¶ Bernardus in medita. Quanto diutius nos deus expectat vt emendemur: tanto districtius iudicabit si neglexerimus. ¶ Idem de contemp. mundi. Nihil preciosius tempore.sed heu nihil hodie vilius estimatur.trãseunt dies salutis z nemo recogitat. ¶ Idem super canti. Non curant carnales querere quantum desiderant inuenire.cupientes consequi:sed non exequi. ¶ Seneca in epistola. Nemo se iudicat quicq̃ debere qui tempus accepit. cum inter multa hoc vnum est quod nec gratus quidem potest reddere.

¶ De securitate. Cap.ix.

¶ Rego.in moral. Nonnunq̃ ipsis bonis que agimus ad deterius ꝓpinquamus. q dum leticiam menti pariunt:quandã etiam securitatem gignũt. dũq mẽs secura redditur: in corpore laxatur. ¶ Idem. Sepe mens dum de virtutis sue securitate resoluit.insidiante aduersario inopinate culpe telo perforatur. ¶ Idem.sepe quem tentatiõis. Infra.c.de remissione. ¶ Idem. Sepe nonnullis graue periculum incauta securitas fuit: vt callidi hostis insidias non tentari:sed iã ꝓstrati cognoscerẽt. ¶ Idẽ. Fit plerumq. Infra li. iij. de innocentia. ¶ Idem. Nonnunq̃ in pua.s.li.ij. de peccato. ¶ Idem Quia amoris intimi calore mens nõ habet:frigida deorsum iacet. ac si miserando modo fit quotidie tanto securior q̃to peior. ¶ Idẽ in regis. Pater negligẽtie solet esse securitas. ¶ Augu. de cõflictu. Loth exercitio malorum ꝓbatus inter sodomitas sanctus fuit in monte vero securitate corpus saluatus cũ filiabus peccauit. ¶ Johan. Chrysostom. Virtus fidei. Supra libro secundo de fide. ¶ Isidor. de summo bono. Neq vnq̃ opꝰ penitentẽ habere de peccatis securitatẽ. Nam securitas negligentiam parit. negligentia autem sepe incautos ad vicia transacta reducit.

¶ De dijudicatiõe. Ca.x.

¶ Rego.rius in regis. Graue ẽ satis et indecens:vt in re dubia certa dicatur sententia ¶ Idem in morali. Fit vt dum ad aliena dijudicada mens ducitur:proprij iudicij lumine priuetur: z eo durius contra aliena superbiat:quo sua negligenter ignorat. ¶ Idem. Hoc ꝓprium. Supra libro secũdo de superbia. ¶ Idem. Quisquis superbie vel iracundie in se tyrãnidem captiua mente susceperit.hoc primum damnum patit̃:q clauso cordis oculo iudicij equitatem perdit. Nam cuncta q̃ ab alijs vel bene gerunt̃ sibi displicent: z sola

ea que ipe vel prauе egerit sibi placēt ¶ Idē. Cuncti vane glorie sectatores dū se hoibus preferūt: alios quidē de fatuis sensibus: alios aūt de indignis meritis reprehendūt: alios enī cēsent nihil scire: alios nō bñ viuere. ¶ Idē. Sancti viri aliena opera etiā parua mirant: sua ꝙ etiā magna despiciūt. Reprobi vero sua vel que parua sunt admirant: z plerūq; de suis malis bona estimant. de alienis aūt bonis mala sentire non cessant. ¶ Idē. Stulti cū prudentium. Infra de obliuione. ¶ Hierony. in epi. Periculosum est de seruo alterius iudicare: z nō facilis venia prauа dixisse ꝙ rectꝫ. ¶ Johan. Chrysо. de cōpūctio. In alienis delictis seueri z amarissimi iudices residemus: nostras autē trabes oculis infixas proprijs non videmus: qui aliena etiā minima sollicite pscrutamur. ¶ Idē. Iudicare de alteri⁹ mente summa difficultas est. ¶ August. de ser. dñi in mōte. Maxime hi temere iudicant de meritis alienis: z aliorū facta facile reprehendūt: q̄ magis amant vituperare z dānare ꝙ emendare z corrigere. Quod quidē vitiū vel superbie est vel inuidētie. ¶ Bernar. de cōtēp. Iudicēt tūc z preiudicēt superbie filij: z cū rege suo sedeāt qui sibi latera aquilonis eligit: exaltētur z eleuent sicut cedrus libani: trā sibim⁹ z ecce nō erūt. Opprimāt nūc quos possunt: blasphement: congerāt maledicta: veniant super nos opprobria exprobrātiū Christo. qñ merces nostra copiosa est in celis.

¶ De recidiuatiōe. Ca. xj.

ORego. in moza. In vnoquoq; lapsu a minimis semp incipitur: z successcentib⁹ defectib⁹ ad grauiora peruenit. ¶ Idē. Sepe cōmittūt hoies mala que sciūt z idcirco permittunt decipivt cadāt etiā in mala que nesciunt. ¶ Idē. Auget reatū culpe sequentis preconium glorie precedētis. nā vnius cuiusq; casus tanto maioris est criminis quāto prius ꝙ caderet maioris potuit eē ꝙ tutus. ¶ Idē. Incassum bonū agit: si ante terminū vite deseratur: q: z frustra currit q̄ priusq; ad metas veniat deficit. ¶ Idē in pasto. Si quod videtur bonū gerēdū sollicita intentione non crescit: etiā qd fuerat bene gestū decrescit. ¶ Idē. Qui fortiori studio intēderit: retro respicere cōuincitur: si relictis bonis ampliorib⁹ ad minima retorquet. ¶ Idē sup Ezech. Sicut qui a fide recedit apostata est: ita q̄ ad peruersum opus qd deseruerat redit ab oīpotēte deo absq; vlla dubitatiōe apostata iudicat: etiāsi fidē tenere videat. ¶ Idē in regist. Minoris excessus est veritatē nō cognoscere: q̄ in ea agnita non manere. ¶ Augu. de ci. dei. Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliqd apertū manifestūq; peccatū: vnde sibi displiceant q̄ iā sibi placēdo ceciderāt. Salubri⁹ ei Petrus sibi displicuit qñ fleuit: q̄ sibi placuit qñ presumpsit. ¶ Idē in libro de viduita. In viduali z virginali cōtinentia: excellentia muneris amplioris expetit: qua expetita z electa z voti debito oblata: nā non solū capescere nuptias: sed etiā si nō nubat vel le nubere dānabile est. ¶ Id. Cū q̄sq; nō reddit qd non iperio cōpulsus: sed cōsilio cōmonitus vouit: tanto magꝫ fraudati voti auget iniquitatē: quanto minus habuit vouendi necessitatē ¶ Idē. Plane nō dubitauerim dicere lapsas aias a castitate sanctiore q̄ vouetur deo: adulteris esse peiores. ¶ Idē in lib. de verbis apostoli. Sēp adde, semp ambula, semp profice: noli in via retardare: noli retro redire: noli deuiare: Remanet enī q̄ non proficit: retro redit qui ad ea relabit vnde iā recesserat: deuiat q̄ apostatat. ¶ Hiero. in epla. De dei virgine facta es corruptio Sathane: de sponsa Christi facta es scortū execrabile: de tēplo dei fanū immundicitie: de habitaculo spiritussancti tuguriū diaboli: que prius incedebas cū fiducia vt columba: nūc lates in tenebris vt stellio,

¶Ysido.de sum.bo. Quēadmodum ad virtutē tendētes culmen nō a summis inchoāt:sed a modicis:vt sic sensim ad altiora pertingant:ita & qui dilabunt ad vitia non statim a magnis criminibus incipiunt:sed a modicis assuescunt:& sic ad maxima prozuūt. ¶Idē. Multis argumentis insidiat diabolus eis q renunciāt seculo:vt et se iterū amore sui sternāt:grauius aūt illos cōcupiscentijs seculi ferit:quos post renūciationē ad mūdi amorē reduxerit. ¶Bernar.in epla. Babet q dem Christus multos milites qui fortissime ceperunt/steterunt/vicerunt, paucos autē qui de fuga cōuersi rursus se periculo ingesserūt quod declinauerant:rursusq fugarēt hostes qs fugiebant. ¶Idem. Beatus es si pugnando moriaris:quia mortuus morcozonaberis:ve autē tibi declinando pugnā:perdis victoriā simul & cozonam. ¶Idem. Si pficere currere est: vbi nō proficere ibi & currere desinis vbi vero nō currere:ibi & deficere incipis:hinc plane colligit qz nolle pficere non nisi deficere est. ¶Idē super Lāti. Septies cadit iustus:e & septies resurgit:si tñ cadit i die:vt se cadere videat & cecidisse sciat & resurgere cupiat:& requirat manū adiuuātis:& dicat:Dñe in volūtate tua prestitisti decori meo virtutē:auertisti faciē tuam a me:& factus sum conturbatus.

¶De cōsuetudine. Ca.xij

ORego.in home. Visitata culpa obligat mentē:vt nequa q surgere possit ad rectitudinē:conatur eni & labit:quia vbi diu sponte perstitit:ibi etiā cum noluerit coacta cadit. ¶Idē super Eze. Frontem cozdis in impudentiā arterit culpa frequens:vt quo crebrius cōmittitur:eo de illa cōmittentis animus minus verecundet. ¶Idē in regist. Si praue rei aditus anteq diu patescat nonc laudit vsu fit latior:& erit cōsuetudine licitū qd ratione & lege constat esse prohibitū. ¶Idē in glo.treñ.iij.& Johā.xj. Difficile surgit quē moles male cōsuetudinis premit. ¶Ysido. in syno. Assiduitas mozes facit:& iugis vsus in naturā se vertit. ¶Idē de sum.bo. Cogitatio praua delectationem parit;delectatio cōsensionē:consensio actionē:actio cōsuetudinē:consuetudo necessitatē. Idē. Dū facta q dam nō grauia libere ac sine metu committimus;ad peiora scelera & horrenda peti cōsuetudine labimur. ¶Augu. de libero arbitrio. Ratio estimat luce veritat;:vt recto iudicio subdat minora maioribus. Vsus aūt consuetudine cōmoditatis plerūq inclinat vt ea pluris estimet que veritas minora conuincit. ¶Idē cōtra Julianum Cōtra istā genitaliū concupiscentiā que igenita nobis est p originale peccatū:vehementius vidua q virgo:vehementius meretrix cū casta esse voluerit q que semp fuit casta confligit & tanto amplius in ea superanda volūtas laborabit:quāto maiores ei cōsuetudo vires dedit. ¶Idē in glo.super psal. Facili? est retrahi ab ingressu:q ab arrepto itinere praue consuetudinis reuocari. ¶Joh.Chryso.de cōpūc.coz. Cōsuetudini cōtēnēdi dū de preteritis doloz nullus est:facili? superuenientibus malis locū damus ¶Ambzo. de offi. Vsus cito inflectit naturā. ¶Sene.in epla. Vali mala sua:quod maloz vltimū est amāt:tūc autē consummata est infelicitas: vbi turpia non solū delectāt:sed etiā placent:& desinit esse remedio locus:vbi que fuerunt vitia mozes fiunt.

¶De obstinatiōe. Ca.xiij.

ORego.in moza. Praui audire bona patienter nequēt: & cū vite emendationem negligūt:ad verba se obstinate respōsionis accingunt. ¶Idē. Quos reatus similis sociat:pcordi pertinacia etiā defensio peruersa cōstipat:vt de facinoribus suis alterna seinuicem defensione tueant. ¶Augu. de agone christiano. Volentes se si peccauerint coz

rigi:nihil aliud elegerũt nisi cum hoc mũdo damnari. ¶ Idem de vita christiana. Fit vt q̃ homines nõ timent in delinquẽdo:in iudicio deũ iudicẽ sentiãt z vltorẽ. ¶ Idẽ de fide ad Petrũ Obdurate viuit siue q̃ nõ cõuertitur desperans de indulgentia peccatorũ suorum:siue q̃ sic de misericordia dei sperat:vt vsq; in finẽ vite sue in suorũ criminum peruersitate permaneat. ¶ Johãnes Chrysostomus in ser. Peccare humanũ est:permanere aũt in peccatis diabolicũ est. ¶ Bernardus de consideratione. Quid est cor durũ:ipsum est qđ nec cõpunctione scindit:nec pietate mollit:nec mouet precibus:minis nõ cedit:flagellis duratur:ingratũ ad bñficia:ad cõsilia inuidũ:ad iudicia seuũ iuuerecũdum ad turpia:impauidum ad pericula. ¶ Idẽ de precep. z disp. Elatio cõtemnẽtis z impenitẽtis obstinatio in minimis quoq; mandatis culpã facit nõ ininimã:z conuertit in crimẽ grauis rebellionis ventũ leuẽ simplicis trãsgressionis. ¶ Idẽ in epistola ad ꝓprios parẽtes. O dira abusio:domus ardet:ignis instat a tergo: z fugiẽti ꝓhibet egredi:euadẽti suadet regredi:z hoc ab his q̃ in ipso incendio positi sunt:z obstinatissima dementia ac dementissima obstinatiõe fugere periculũ nolũt:ꝓdolor si contẽnitis morte vestrã cur apperit;z meã ¶ Idẽ in ser. Nonnulli dura cerunice et attrita sunt fronte:vt q̃ magis eis cõpatimur:tãto magis nra z ꝓpassiõe z patientia abutunt. ¶ Idẽ. Putas ne filiũ dei reputat Jesum q̃squis ille est hõ q̃ ipsius nec terret cõminationib⁹ nec attrahit ꝓmissionib⁹:nec ꝑcepta obtẽperat:nec cõsilijs acq̃escit:nõne is si fateat se nosse deũ:factis eũ negat:porro fides sine opibus mortua est. ¶ Idẽ. Qui imperiũ dedit ne peccaremus:penitẽtibus statuit vt cõsulerẽtur. Excluditur itaq; digne a regno dei omnis q̃ peccat:sed q̃ post peccatum labitur in contemptũ. ¶ Bla. Matthei. xiiij. Carnale est cadere: sz lapideum est iacere.

¶ De desperatiõe. Ca. xiiij.

Grego. in regist. Diffidentie quodãmodo genus est:contra hoc qđ q̃sq; predicat torqueri mestitia. ¶ Idẽ in mora. Presumptio virtutis ꝓprie tãto grauius in desperatiõe est quãto longius ab humanitate. ¶ Idẽ. Graui desperationis telo mẽs ꝑcutit:cũ superne ire tribulationibus premit:z linguarũ foras opprobrijs vrget. ¶ Idẽ. Clausis oculis cordis eo ꝛia ꝑcipitat in infimis q̃ obscurat a summis:z tãto securꝰ mala tẽporalia penetrat:quãto durꝰ bona eterna desperat. ¶ Jd. Deꝰ hoiem quem benigne cõdidit inique nõ sprenit. Pensandũ est igit quãti est periculi trãsacta munera cernere:z futura desperare. ¶ Idẽ plerũq; cõgruit. Infra. c. de argutione. ¶ Joh. Chrysos. in ser. Utrũq; periculosum est z cõfidentia peruersa z desperatio. Nam cõfidẽtia nimia stãtẽ euertit:z desperatio post lapsum nõ permittit exting uere. ¶ Idẽ. Diabolus nõ abunde. Supra lib. i. de demonib⁹. ¶ Aug. de penitẽtia. Qui de deo non presumit veniã nõ animaduertit plus peccato suo posse dei clementiã. ¶ Idẽ. Inter spem z desperationẽ. Infra in ca. de morte. ¶ Isido. in syno. Non desperes de salute si ad meliora cõuerteris qui enim veniã de peccato desperat: plus se desperatione q̃ commisso scelere damnat: desperatio namq; auget peccatum:z peior est omni peccato.

¶ De dilatione. Cap. xx.

Grego. in mora. Sepe accelerãdi boni tarditas cõsiliũ putat:z cũ expectat vt ex tardatione ꝓficiat:hoc insidiãtis mora supplãtat. ¶ Augu. de cõfes. Non erat qđ respõderẽ tibi dñe dicenti mihi. Surge q̃ dormis:z exurge a mortuis:z illuminabit te Christus:z vndiq; ostẽdẽti te vera nõ erat oĩno qđ respõderẽ veritate cõuictus:nisi tm̃ verba lẽta z somnolẽta. Ecce mõ:sine mõ sine paululũ/sed mõ z modo nõ habe

bat modū:ꝛ siue paulutū in lōgū ibat. ¶ Idē de verbis dñi. Scio ego ꝛ mecū ois hō qui paulo attētius ꝓsiderauit:neminē deū timentem sub verbis eius nō se corrigere nisi q̄ putat quia plus habeat viuere:ꝛ hec ipsa res est q̄ multos occidit:cū dicūt cras cras:ꝛ subito ostiū claudit:remanebūt foris cū voce corruina qz nō habēt gemitum columbinū. Cras cras vox corui est. ¶ Idē de ciui. dei. Si ꝓpterea q̄s obiurgandis ꝛ corripiendis male agentibus parcit:qz opportunius tēpus inquirit:vel eisdē ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiant:vel ad bonā vitā ꝛ piam eruditendos impediāt alios infirmos ꝛ premāt atq; auertāt a fide:nō videt esse cupiditatis occasio sed cōsiliū charitatis. ¶ Idē de penitētia. Cū multa sunt q̄ impediunt languētē ꝛ retrahūt:periculosum est ꝛ interitui vicinū:ad mortē ꝓtrahere pnie remediū. ¶ Idē. Purgādus est igne purgationis q̄ in aliud seculū differt fructū cōuersiōis:hic aūt ignis ꝛ si eternus nō sit:miro mō est grauis excellit eni omnē penā quā vnq; quis passus est in hac vita. ¶ Bernar. sup Cāt. Instar solis vrētis desiderij ardor pegrinantē in corpore animā decolorat:dum vultui glorie inhiantem impatientē facit repulsa:ꝛ excruciat manentē dilatio. ¶ Idē de cōtēp. Hūquid in die iudicij miseri dicere incipient:modo dñe:ecce modo:sine paululū:sic eni nūc dissimulāt infelices:ꝛ mō ꝛ modo non habent modū:ꝛ sine paululū in longū vadit. ¶ Idem. Clama ad deū anima mea:trahe me post te:in odorē vnguentorū tuorū curremus. alioquin q̄ādo eū remorando:repescēdo pausando cōsequi speras:Euitabit vt gigas ad currendā viā. Hilarē sine dubio diligit secutorem.

¶ De voluptate. Ca.xvj.

Gregorius in moral. Qui nūc male se in voluptatibus dilatat:eū post in supplicijs pena angustat. ¶ Idē in regist. Si ꝓ luxu animi atq; voluptate carnis dñico die quis lauari appetit:hoc fieri nec reliquo quolibet die cōcedim⁹. Si autē ꝓ necessitate corporis:hoc nec dñico die ꝓhibemus. ¶ Hiero in epla. Miserie delitijs:ꝛ delitie miserijs cōmutant in nostro arbitrio est vel diuitē sequi vel lazarū. ¶ Idē. Difficile:immo impossibile est vt presentib⁹ q̄s ꝛ futuris fruat bonis:vt hic ventrem ibi mentē impleat. vt de delitijs transeat ad delitias:vt in vtroq; seculo primus sit:vt ꝛ in celo ꝛ in terra appareat gloriosus. ¶ Bernar. de cōtēp. Hūc ꝛ trahit sua qnēq; voluptas:ꝛ odorē turpis lucri sectantes questū estimāt pietatem quorū damnatio certa est. ¶ Boe. de cōso. Triste esse voluptatum exitus quisquis reminisci libidinum suarū volet intelliget:que si beatos explicare possent nihil cause est quin pecudes quoq; beate esse dicantur:quas⁊ ois ad explendā corporalē lasciuiā festinat intentio. ¶ Inter. Leuit. ij. Nihil voluptuosum:nihil suaue placet deo:sed qd̄ habet aliqd̄ mordacitatis ꝛ seueritatis:vnde pascha cū amaritudinibus manducat. ¶ Glo. Osee. iiij. Voluptas insatiabilis ē:ꝛ habita famē ñ satietatē parit. ¶ Sene. in epi. Voluptates ꝑcipue ex turba ꝛ iniustissimas habe:latronū more in hoc nos amplectunt vt strangulent. Multa. li. ij. in. c. de luxuria.

¶ De carnalitate. Ca.xvij

Gregorius in homel. Unde caro ad tempus suauiter viuit:inde spiritus in eternū interit. ¶ Johannes Chrysostomus super Mattheum. Quid impinguas dic mihi corpus:nunquid immolare te habemus:nunquid vpponere mense? ¶ Bernar. de contemp. Homunculi cum spiritu ceperint:heu carne consummantur. ¶ Idem. Hodie filij hominum anime curam negligūt:curā autem carnis perficiunt in omni desiderio:neq; enim peccare metuūt:sed puniri:nec virtuti cordis dat operā:sz

ualitudini corporis: imo & voluptati. ¶ Idē sup can. Tu tibimetipsi dispensas misertus tui. suspecta est mihi fateor tua ipsius in te dispēsatio. vereor tibi illudi sub tegmie & noie discretionis a carnis prudētia. Id te saltē volo admonitum esse vt si tibi autoritas Apli placet de bibendo vino modico qđ ille adiunxit nō ptermittas. ¶ Idē in apolo. Quid vos dicitis obseruatores ciboꝝ: moꝝ neglectores: & corruptores animoꝝ: Hypocras & sequaces ei⁹ docēt aīas saluas facere i hoc mundo: xp̄s & eius discipuli perdere. Quēnam vos e duob⁹ magistrum eligitis: Ac manifestū se facit q̄ sic disputat: hoc oculis. hoc capiti: illud pectori vel stomacho nocet ꝓfecto vnuſq̄sq; quod a suo magistro didicit: hoc i mediū ꝓfert. ¶ Idem. Ista charitas destruit charitatem. hec discretio discretionē cōfundit. talis mia crudelitate plena est: qua videlicet ita corpori seruit vt aia iugulet. Que etenim charitas est carnē diligere: & negligere spm̄: q̄ discretio totum dare corpori: & anime nhil: qualis mia ā cillā reficere: & dñam interficere. nemo ꝑ huiusmodi mia speret se cōsequi miam. ¶ Idem in epistola. Quicūq; i carne sunt siue preter habitum siue i habitu religionis si vera est: immo quia vera est apostolus: deo placere nō possunt multū enī citra pfectū ꝓficit: immo infra impfectū deficit cui⁹ gula deꝰ é. ¶ Idē. Qui debitorē. s. li. j. de religiosis malis. ¶ Idē in ser. Filij hominū vsq̄q̄ graui corde & pingui corpore: vt qđ diligitis vanitatē & veritatē negligitis: & pigredo carnis delicie corpis: saturitas ventris: aut añ mortem vos deserent: aut vos in morte illa deseretis. qm̄ nēt scīs. cū iterierit hō non sumet oīa: neq; descēdet cum eo glia eius. ¶ Sen. in epi. Cū tibi feliciter sagina cesserit: & tori creuerint nec vires vnq̄ opimi bouis nec pondus cēbis: adhuc nunc qđ maioze sarcina animꝰ elidit & minus agilis est. ¶ Idem. Stringe corpꝰ & aīo laxa locū. multa sequunt icōmoda corporis deditos cure. ¶ Idē. Fateor insitam esse nobis corporis nr̄i charitatē. fateor nos huius gerere tutelā: nō nego i dulgendū illi: seruiendū nego. multis enī seruit q̄ corpi seruit: q̄ ꝓ illo nimiū times: q̄ ad illū oīa refert. ¶ Idē. Sic gerere nos debemus non tanq̄ ꝓpter corpus viuere debeam⁹. sed tanq̄ nō possimus sine corpore.

¶ De ꝓsperitate. ca. xvij.

GRego. in mora. Sancti viri oēm p̄sentis vite copiā iopiam deputant. q̄ videlz nil extra deum sufficit menti q̄ veraciter deum querit. ¶ Idem. Quāuis quolibet in loco positi cogitando: loquendo agendo peccemus: tūc tñ per tria hec animꝰ effrenaciꝰ rapit: cum mundi huius subleuat ꝓsperitate. ¶ Idē. Non est census in crimine. sed affectꝰ cuncta enī que deꝰ condidit bona sūt ¶ Idem solet rerum abundantia tāto magis a diuino timore mentem solue re: q̄to magis hanc exigit diuersa cogitare. Mā dū fortis ꝑ multa spargit: stare in intimis fixa prohibet. ¶ Idē. Qui transeuntia amplectitur: coīpo ad decursum ducitur quo decurrentibus implicatur. ¶ Idem. Multos sua peius felicitas strauit: multos diuturna pax inertes reddidit. coq; illos inopinatus hostis grauius perculit. quo longo quietis vsu negligentes inuenit. ¶ Idem super Ezechie. Abundantia superbie vicina est. ¶ Idem. Qui a deo auertitur & prosperatur: tanto perditioni fit proximus: q̄to a Zelo discipline iuenit alienꝰ. ¶ Idē in regis. Libere nobis non debet dari donum dei quod per delectationem sui separat ab amore dei. ne data dāti preferamus: & dum bona percipimus etiam mali: vnde crescere i eius amore debuimus: inde a timore illius disiungamur. ¶ Johannes Chrysosto. super Mat. Ipsa felicitas mūdis liū rerū: satis magnū impedimentum est aīe ad iustitiā faciendā. ¶ Idem.

Qui vult deum amare necesse est vt odiat diuitias. qui aũt voluerit amare diuitias necesse est vt odiat deum. ¶ Idem super Johã. Non accuso domos habentes ⁊ agros ⁊ pecunias et mancipia:sed cum cautela hec possideri volo ⁊ cũ decentia. qd est cũ decentia:nisi vt more dñoꝝ ⁊ non seruorum possideant ea ⁊ non possideant ab eis:vt vtant eis ⁊ non abutantur. ¶ Isi.in syno. Diuitie nunq̃ sine peccato acq̃runt:nullus res terrenas sine peccato administrat. ¶ Augus.in epi. Fallax in transitorijs suauitas et infructuosus labor:⁊ perpetuꝰ timor: ⁊ periculosa sublimitas:initium sine prudentia:⁊ finis cum pnia. ¶ Idem Utaris hoc mũdo tanq̃ nõ vtens: vt ex bonis eius bona facias:⁊ non malus fias.q:⁊ ipsa bona sũt:⁊ a deo bona sunt:nec dãtur hominibus nisi ab illo qui habet oĩm celestium atq̃ terrestrium potestatem. Sed ne putent mala dari ⁊ bonis:ne putent magna vel summa bona dari ⁊ malis. Itaq̃ auferunt ⁊ ista bonis vt pbent:⁊ malis vt crucient. ¶ Idẽ sup luc. Amor rerũ terrenarũ viscus est pennarum spũalitũ:⁊ est glo.super ps.cxx. ¶ Idẽ super cano. Jacobi. Aurũ materia laborum:piculũ possidentium:enervatio virtutũ malus dñs. pditor seruus aurũ nemo tutus hz nisi q̃ semp abscõdit:in pniciẽ dñi fulget.per tenebras queritur:p tenebras custodit. ¶ Idẽ. Aurum pbet mĩe materiam apud bonos animos:⁊ nouo gĩe lucri tũc magis pdest qñ contemnitur. vt scilicet ipsa sui conditione testet:quoniã mala est eius rei possessio cuius abdicatio fructuosa. ¶ Idem de moribus ecclesie. Multo est mirabilius non ihere diuitijs q̃uis possideas:q̃ omnino eas non possidere. ¶ Ambro.i ser. Merito clamat pphęta:diuitie si affluãt nolite cor apponere. quid enim mihi p sunt si mecum esse post mortẽ non possunt:hic acquiruntur:hic relinquent. Somnium igit loquimur: non patrimonium. Unde bene sit pphęta. Dormierunt somnum suum:et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis. ¶ Bern̄.in epistola Bona temporalia sunt si non amãtur vt illicita.siue autem amen̄ siue non amen̄:non multum expediunt. quia quadam sui dulcedine cor possidentis cito subuertunt. ¶ Idem in sermone. Diuitiarum amor insatiabilis. Lõge enim amplius desiderio torquet animã q̃ refrigeret vsu suo.vt pote quarum acquisitio quidem laboris:possessio vero timoris:amissio plena doloris inuenitur. ¶ Idem. Filij Adam genus auarũ ⁊ ambitiosum audite quid vobis cum terrenis diuitijs ⁊ gloria temporali:q̃ nec vere:nec vestre sunt:Aurum enim ⁊ argentum nonne terra est rubra ⁊ alba.quam solus error hominum facit:aut magis reputat pretiosam. Deniq̃ si vestra sunt hec:tollite ea vobiscum.sed hõ cũ interierit non sumet oĩa:neq̃ descendet cum eo gloria eius. ¶ Idem. Fallax felicitas est maior infelicitas. ¶ Sene.in epist. Res est inquieta felicitas.

¶ De ꝓsolatione. Ca.xix.

ORego.in pasto. Offerenda est eis cõsolatio quos caminus pauptatis excoquit.at q̃ illis inferendus est timor quos cõsolatio glie tẽporalis extollit. ¶ Idẽ. Habet hoc prauoꝝ. Infra.c.de malitia. ¶ Idem. Mens in qua. Infra.li. iij.de feruore. ¶ Hiero.in epla. Mihil oĩno agimus qui nos per multitudinis exempla defendimus:⁊ ad consolationem nostrã aliena sepe numerantes vicia:deesse nobis dicimus q̃s sequi in virtutibus debeam?. ¶ Ber. in epi. Si caro ⁊ sanguis regnum dei possidere non possunt:carnalibus p, fecto consolatiõibus spiritales sociari impossibile est. ¶ Idem. Funes ceciderunt. Infra libro.iij.c.de gustu. ¶ Idem in apolo. Fusi sumus exteri? ⁊ de regno dei quod intra nos est relictis veris ac pennibus bonis foris q̃rimus vanam consolationem:de vani

tatibus ⁊ iſanijs falſis. ac iã religiõis antique non ſolũ virtutẽ amiſimus: ſz nec ſpeciẽ retinemus. ¶ Idem ſuper qui habitat. Si vis habere miniſteriũ angelo⁹ fuge conſolationes ſeculi: ⁊ tentationib⁹ reſiſte diaboli. renuat cõſolari anima tua in alijs ſi vis in dei memoria delectari. ¶ Idem i ſer. Vilis eſt ⁊ ad nihilum vtilis mũdi cõſolatio. ⁊ quod magis eſt metuendũ: etiam vere ac ſalubris conſolationis eſt impedimẽtum. ¶ Idem. Cuius ad alias ꝓſolationes mens inhiat: ⁊ non penitus renuit cõſolari in caducis et trãſitorijs: ipe ſibi ꝓfecto celeſtis ſubtrahit gr̃am conſolationis. q̃ ſi digna deuotiõe: pleno affectu: deſiderio vehementi petere: ouerere: pulſare ſataget: ſine dubio petens acciperet: q̃rens inueniret: pulſanti aperiretur. ¶ Idem. Alios quoq; lugentes. ſ. li. v. in. c. de beatitudine.

¶ De ornatu. Cap. xx.

Oſiregõ. in moza. Pzaui cũ tegendis membris veſtimenta querunt: non ſolum q̃ tegãt ſed etiam q̃ excolant expetunt: ⁊ contra torporẽ frigoris nõ ſolũ q̃ per pinguedinẽ muniãt: ſed etiam q̃ per molliciem delectẽt. ⁊ non ſolũ q̃ per molliciem tactũ mulceãt. ſed etiam q̃ per colorẽ oculos ſeducãt. ¶ Joh. chry. de cõpunc. Nos omne tẽpus vite noſtre cõſummus: expoliantes dñam: ⁊ adornantes ancillam diuerſis ornatibus. ¶ Aug. ſup Mat. Qui imoderato cultu corporis atq; veſtit⁹ vl̃ ceterarũ rerũ nitore p̃fulget: facile conuincit rebus ipſis pomparũ ſeculi eẽ ſectator. ¶ Idẽ de doc. xp̃iana. Quẽ iudicẽ mulier meliorẽ requirim⁹ de formitatis tuc q̃ teipſam q̃ videri times? Si pulchra es: q̃d abſcõderis? ſi deformis: cur te formoſam eẽ mẽtiris? nec tue ꝓſcientie nec alieni gr̃am oris hitura. Iſtud verbũ ſumit a btõ Ambro. in li. de virgi. ¶ Idẽ. Aug. de doc. xp̃iana. loquẽs de fuco mulierũ Tolerabiliora ꝓpe modum in adulterio crimina ſunt. ibi ei pudicitia: hec nã adulterat. Iſtũ verbũ ſumit ſil̃r a btõ Ambro. in li. de virg. ¶ Idẽ de doc. chriſ. Monẽtis apli vox eſt. expurgate vetus fermentũ ⁊ c̃. in azymis ſin. ⁊ ꝙ. Nũ ſinceritas ꝓſeuerat ⁊ veritas: q̃ ſincera ſunt polluunt̃: ⁊ colo⁹ adulterinis fucis in mendaciũ vera mutant̃. Iſtud verbũ ſumit a btõ Cypriano. ¶ Idẽ de doctr. xp̃iana. Dñs tuus dixit. non potes facere capillũ vnũ album aut nigrũ: ⁊ tu ad vincendam dñi tui vocẽ vis te eſſe pottorem audaci conatu ⁊ ſacrilego cõtemptu crines tuos inficis. malo p̃ſagio futurorũ capillos tã tibi flammeos auſpicaris. Iſtud ſil̃r ſumit a btõ Cypriano. ¶ Hiero. in epiſ. Crimẽ eſt caput poſt chriſmatis ſcificationẽ: aut croci aut alter⁹ pigmẽti fuco vel pulvere ſordidari. aut auro vel gẽmis vl̃ cuiuſcũq; terrene creature ſpecie comi: qđ iam celeſtis ornatus ſplendore refulget. ¶ Idẽ. Quid facit i facie chriſtiana purpuriſſus ⁊ ceruſa: quo⁹ alterũ rubore genarũ labiorũq; mentit. alterũ cãdore oris ⁊ colli. ignis iuuenũ: fomenta libidinũ: ipudice mentis indicia. ⁊ infra. Ornatus iſte non dñi eſt. velamen iſtud antichriſti eſt. ¶ Idẽ. Qua fiducia erigit ad celum vult⁹ q̃s ꝓditor nõ agnoſcit. ¶ Aug. Que vult audiri. Infra li. iii. de ſimplicitate Cypa. in epiſt. Fugiãt caſte virgines ⁊ pudice meſtarũ cult⁹: et habitũ ipudicarũ. lupanariũ inſignia: ornamenta meretricũ. hec de⁹ culpat hec denotat. Sericũ ⁊ purpurã induite xp̃m induere nõ p̃nt: auro ⁊ margaritis ⁊ monilib⁹ adornate: ornamenta cordis ⁊ pectoris ꝓdiderũt. ¶ Idem. Parem ſe in oĩbus integritas virginea p̃ſtet: nec bonũ cordis corporis cult⁹ infamet. Quid enĩ ornata virgo: q̃d cõpta ꝓcedit: q̃ſi maritũ habeat aut querat: Timeat potius placere ſi virgo eſt: nec periculũ ſui appetat: q̃ ad meliora ⁊ diuina ſe ſeruat. ¶ Ber. in epi. Filie babylonis quarũ vere glia in confuſiõe: induunt̃ purpura ⁊ byſ-

ſo:ꝛ ſubinde cõſcientia pannoſa iacet fulgent monilib⁹; ꝛ moꝛibus ſoꝛdent. ¶ Idem ī apolo. Ex coꝛdis theſauro ſine dubio ꝓcedit q̃cq̃d foꝛis apparet vicioſum. vanũ eni coꝛ vanitatis notã ingerit coꝛpoꝛi: ꝛ exteꝛioꝛ ſupfluitas interioꝛis vanitatis indic iũ eſt. Mol lia indumẽta mollicie animi indicãt: non tñ curaret coꝛporis cultus: niſi pri⁹ neglectꝛa fuiſſet mens inculta vir tutibus. Multa ſupꝛa lib.j. de monia libus ꝛ conjugatis.

¶ De ingratitudine.c.xxj

¶ Greg.in regiſ.de imperatoꝛe mauꝛico. Valde mihi duꝛũ videt vt ab eius ſeꝛuitio mi lites ſuos pꝓhibeat:q̃ ꝛ ei oĩa tribuit:ꝛ dñari eum non ſolũ militib⁹: ſed etiã ſacerdotib⁹ cõceſſit. ¶ Joh.Chꝛyſo. ſup Mat. Omne bonũ qđ nõ ex amo re ipſius boni faciunt hoies: ingratũ eſt ante deũ. ¶ Hugu. de vidutate. Multi habent multa dona:ꝛ deũ ne ſciendo a quo habent impia vanitate iactant. Nemo aũt eſt donis dei bea tus:q̃ donãti extiterit ingratꝰ. ¶ Idẽ de pnĩa. Ingratꝰ extitit q̃ plenus vir tutibus deũ oĩno non timuit. In hoc ei quiſq̃ pcõꝛ ſit culpabilioꝛ q̃ ẽ deo acceptioꝛ. ¶ Idẽ de ſpũ ⁊ littera. Erit aĩa ingrata ſi qđ illi ex deo eſt ſibi tri buit:ꝓcipueq̃ iuſtitiã. ¶ Ber. ſuper qui habitat. Confitẽti humiliter ꝛ de uote gꝛas agẽti:nõ ĩmerito ampliora bñficia ꝓmittunt. Nã q̃ fidelis inue nit ī modico iure cõſtituit ſup mul ta. Sicut ecõtrario de accipiendis ĩ dignus ẽ q̃ fuerit de acceptis ĩgratꝰ. ¶ Idem ſup cã. Ingratus reputabit cũ diſcuſſio venerit:q̃ nõ poterit dice re cũ Dauid. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tue in loco peregrina tionis mee. ¶ Idem. Nunq̃d nõ perit quod datur ingrato? Ingratitudo eĩ inimica eſt gꝛe.pditio aie: exinanitio meritoꝝ virtutũ diſpõ:bñficioꝝ pdi tio. ¶ Idẽ. Ingratitudo ventꝰ ẽ vꝛẽs fontem ſiccans pietatis:roꝛem mie:ꝛ fluenta omnis gratie. ¶ Idem. Quid eſt coꝛ durum. capit. de obſtinatione. ¶ Idem. Abſq̃ confeſſiõe. Supꝛa.li.j. de cõfeſſiõe. ¶ Idem in ſer. Ingra titudo vias obſtruit gꝛe. ꝛ vbi fuerit illa gratia acceſſum non inuenit. locũ non habet. Hinc mihi chariſſimi do loꝛ cõtinuus eſt: multaq̃ triſtitia coꝛ di meo:q̃ nonnullos tã ꝓnos ad leui tatẽ:ad riſum:ad verba ociosa ꝛ ſcur rilia video:vt pertimeſcam valde: ne forte plus q̃ expediat diuine mie im memoꝛes ꝛ ĩgrati ſup tam multis bñ ficijs ſuis aliq̃ deſerãt a gratia quã non habent vt gratiam. ¶ Idem. Om nino nos ſola a ꝓfectu conuerſatiõis impedit ĩgratitudo noſtra: dum quo dammodo perditum reputans q̃ de dit quod ingratus accipit: cauet ſibi de cetero ne tanto plura amitteret q̃ to plura ingrato conferret. ¶ Sene ca in epiſtola. Quiſquis de accipien do ſemper cogitat: oblitus accepti ẽ: nec vllum habet malũ cupiditas ma ius q̃ q̃ ingrata eſt.

¶ De diſcordia. Cap.xxij.

¶ Gregoꝛius in regiſ. Dubium non eſt bonos pꝛauoꝝ odia ſuſtinere: diuiniſq̃ intentos operibus peruerſoꝛum aduerſitatib⁹ lacerari. ¶ Idem. Quotiens res ali qua pluribus agenda committitur: dum quiſq̃ diſſentit ab altero: diſpẽ dijs potius q̃ vtilitatibus aditus re ſeratur. ¶ Idem. Mihi inimicitiam facio ſi fratrum meoꝝ iura pertur bo. ¶ Idem diſcoꝛdia conſueuit ſcan dala gñare. ¶ Idem in moꝛali. Solet inter fꝛatres maioꝛ ſubſtantia: diſcoꝛ die fieri gꝛauioꝛis cauſa. ¶ Idem. Euenire pleruꝝq̃ ſolet vt non amiſ ſa charitate ꝛ inimici nos ruina lẽti fi cet: ꝛ ruꝛſum eius gloꝛie ſine inuidie culpa nos contriſtet: dum ꝛ ruẽte eo quoſdam bene erigi credimus: ꝛ pꝛo ficiente eo pleroſq̃ iniuſte oppꝛimi foꝛ midamus. ¶ Idem in paſtoꝛa. Diſcoꝛ des etſi boni opis fructꝰ in ſuis actio nibus pꝛoferunt: pꝛofecto nulli ſunt, q̃ nõ ex vnitate charitatis oꝛiuntur.

¶ Idē. Sepe dū quosdā maior scētia erigit: a ceteterorū societate diſiūgit: ⁊ quasi quo plus sapiūt: eo a pcordie virtute desiptūt. ¶ Idē. in dial. Prauis moribus semp grauis est vita bonorū. ¶ Idē in homel. Quisquis malos nō tolerat: ipse sibi per intolleranciā testis est: quia bonus nō est. Abel enī esse renuit: quē Cayn malitia non exercuit. ¶ Iero. in epla. Nihil tā cōtrariū nihil tam execrabile deo q̄ aliquē velle ledere vel odisse: nihil tā probabile q̄ oēs publice accusare. ¶ Idē in home. Quo pcordia parue res crescūt: sic discordia maxime collabunt. Simile in glo. eccli. j. a. ¶ Jō in ozi. sup Mich. Vbiq̄ insidie/ vbiq̄ fraudulētia/ innoxius sanguis effunditur pre auaritia/ ⁊ libidine germanitas ignorat. ¶ Aug. de verbis dñi. Nō poterit habere cōcordiā cū Christo q̄ discors esse voluerit cū christiano. ¶ Idem. Quid tibi cōmune cum discordia Christiane? q̄d simultates amas que deo tuo nō placent? In initio nāq̄ inimicitias in protoplastum dū serpens exerit interficit: dū homini inuidet i se prosternit: dum Adam cupit decipere ipse primitus iugulat. ¶ Idē in epi. Facile est atq̄ proclue malos odisse q̄ mali sunt: rarū autē ⁊ piū eosdē diligere q̄ hoies: vt in vno eodēq̄ simul ⁊ culpā improbes ⁊ naturā probes. ¶ Idē de pfessio. Sicut amici adulantes peruertunt: sic ⁊ inimici litigantes plerunq̄ corrigunt.

¶ Ambro. de virgi. Quot hoies tot sentētie. ¶ Isido. in syno. Odiū a regno dei separat: a celo subtrahit: a paradiso eycit: nec passione adimit: nec martyrio expiat. ¶ Idē de sum. bono Amicitia in rebus tm̄ bonis habenda est. Nā qui ea in malo vt unt: non sibi amici sed inimici existunt. ¶ Johēs Chrysō. in ser. Zelant mansuetū inuidi modestū superbi/ probū improbi/ imitē tumidi inimica emulatione lacessunt. ¶ Idē sup Mat. Malos qui monet offendit: incurrit odiū q̄ arguit criminosos. ¶ Idē. Inimicus manifestus. Infra de simulatione. ¶ Idem. Si inimicitie semel. Infra de credulitate. ¶ Bern. in epla. Veritas non nunq̄ odiū ⁊ discordiā parit. ¶ Idē super Canti. Oratio peccatoris execrabilis erit: frustra q̄q̄ offeret munꝰ suū ad altare: q̄ cōscius est sibi q̄ frater suus habet aliquid aduersum se. Deniq̄ nō respexit dñs ad Cayn munera: eo q̄ nō recte ambularet cū fratre suo. ¶ Glo. j. Johā. iij. In perpetuū cū Cayn damnabit q̄ hoc genere homicidij tenet vt discordet a fratribus. ¶ Ibidē. Omnis homicida est q̄ vel ferro percutit: vel odio insequit.

¶ Boetius de cōsol. Quē felicitas amicū fecit: infortunium faciet inimicū: que vero pestis efficatior ad nocēdum: q̄ familiaris inimicus. Multa supra libro secundo de ira.

¶ De malitia. Cap. xxiij.

O: Reg. in dialo. Sunt nōnulli q̄ idcirco bona facere student: vt gratiā aliene operationis obnubilent: nec pascunt bono quod faciūt: sed laude boni qua ceteros premūt. ¶ Idē. Malitia remanētiū merek: vt hi q̄ prodesse poterāt festine subtrahant: ⁊ cū mundi finis appropinquat electi tollunt ne deteriora videant. ¶ Idē in mora. Iniquorū hominū mētes cū quedā a proximis bene gesta cōspiciūt: in extēso liuoris sui aculeo torquenk: ⁊ grauē malitie sue penā sustinent: cū bona in alijs tabescendo videt. ¶ Idē. Ab omnipotēte munus ex manu non accipit: quod corde obligato in malitia profertur. ¶ Idē. Habet hoc prauoꝝ malitia: vt cū vera in se fiere mala renuit: fingat aliena. Nā quasi solacio facinoris vtitur: si falsis vocibus ⁊ vita corripientis inquinet. ¶ Idē. Mēs prauа semper in laboribus est: q̄ aut molit prava que inferat: aut metuit ne hec sibi ab alijs inferant. ¶ Idē in psal. Frustra indignatio: clamor ⁊ blasphemia ab exterioribus tollit si in interioribꝰ vitiorum mater malitia dominat: ⁊ in

cassum foras nequitie ramus incidit si surrectura multiplicius intus in radice reseruat. ¶ Ambros. de fuga seculi. Vbi inimicitie sunt: discordia & nocendi q; studiū: vbi nocendi studiū ibi ponitur malitia. ¶ Aug. in sermo. Benefacere deus semp paratus est: sed hoim malitia phibet: que a dño deo sibi dari vult omnia: & nō vult de his q̄ possidere videt offerre. ¶ Hiero. in oz. i. sup Osee. Prudentia absq; bonitate malitia est: & simplicitas absq; ratione stultitia nominat. ¶ Bernar. de amore dei. Malitia est sapor mali. ¶ Idē in ser. Alius supra se ambulat in magnis & mirabilibus: alius extra se inutili curiositate vagat. alius sub se in carne ambulat: & non potest placere deo. alius cōtra se diligēs iniquitatem: & odio habens animā suā. Omnis enim qui seuit in proximum magis ledit seipsum: eo q̄ lōge peius sit inferre violentiam q̄ sufferre.

¶ De crudelitate. Capitulum. xxiiij.

ORego. in regist. Valde iniquū est vt q̄ te plus amauerūt: ipi te sine causa atrocioren contra te sentiāt. ¶ Idē in mora. Plerūq; dissoluta remissio quasi mā suetudo ac pietas reputat: & dū plus q̄ decet delinquētibus tēporaliter p cat: ad eterna supplicia crudeliter reseruant. ¶ Augu. in epla. Molestus est et crudelis videt medicus furenti frenetico: & pater indisciplinato filio ille ligando: ille cedēdo sed ambo diligēdo. Si aūt illos negligāt: & perire permittāt: ista potius falsa mānsuetudo vera crudelitas est. ¶ Idē. Vt cōstitueret in ecclesia ne quisq; post alicuius criminis penitentiā clericatū accipiat: vl ad clericatū redeat: vl in clericatu remaneat: nō desperatione indulgentie sed rigore factū est discipline. ¶ Joh. Chrys. sup Johan. Sicut oleum nō vtriq; parit lapis: ita nec crudelitas misericordiā: cū enim tale habuit radicē non vltra elemosyna est q̄ tale est. ¶ Idē. Cū nos ignoremus esurientē Christum: ignorabit nos & ipse misericordia indigētes & iuste: q̄ crudeles fuimus in idipsum. ¶ Bernar. sup Qui habitat. Quantū ego cōpatiar: & si q̄d solatij possem impēdere: q̄ libenter id facere: nouit ille quē nihil latet: verūtamē si de penarū diminutione solatiū prebere voluero: crudelis & imisericors ero: quā tū eni subtrahā de pena: tantū de corona furabor. tantū defraudabo fructus: quantū de semente subtraxero: siquidē modica seminis detractio: nō modicū est messis detrimentū. ¶ Seneca in epla. Quid opponit clementie: nōne crudelitas: que nihil aliud est q̄ atrocitas animi in penis exigendis: crudeles enim vocantur q̄ puniēdi causam habent: modū non habent.

¶ De simulatione. Capitulum. xxv.

ORego. in moral. Omnis hypocrita q: vitā iustitie simulans iustorū sibi laudē arripit: alienū est profecto q̄d tollit. ¶ Jō Oēs hypocrite dū bonorū vitā simulant: imitationem sancte visionis habent: sed veritatē sancte actionis non habēt. ¶ Idē in pastora. Inter hypocritas iure deputat: q̄ ex simulatione discipline ministerū regiminis vertit in vsum dñationis. ¶ Hiero. in epi sto. Fictā humilitatē fugiens illā sectare que vera est quā Christus docuit humilitatem: in qua nō sit superbia inclusa. Multi eni huius virtutis vmbrā: veritatē pauci sequunt. Per facile est aliquē vestē habere contemptā: salutare submissius: manus & genua deosculari: inclinato in terrā capite oculisq; deiectis humilitatē ac mānsuetudinē polliceri: lenta voce tenuiq; sermones infringere: suspirare crebrius: & ad omne verbū peccatorē ac miserū se clamare. Sed si vel leui sermone offensus fuerit cōtinuo videbis attollere supercilliū: leuare cerui cē: & delicatū illū oris sonū insano cla

more repente mutare. ¶ Idem. Sancta magis esse q̄ videri stude: q̄ nihil prodest estimari q̄d nō sis: ⁊ duplicis peccati reatus est non habere q̄d credit: ⁊ q̄d nō habeas simulare. ¶ Idē in ozi. super Mat. Huc rara fides est aliud in labijs aliud in corde versat: venenum aie lingue mella cōtegunt. ¶ Joh. Chrysо. sup Mat. Dic hypocrita si bonū est esse malū: vt quid nō vis apparere quod es? Si autē melius est bonū esse: vt q̄d non vis esse q̄d vis apparere: ¶ Inimicus manifestus melior est q̄ amicus fictus: ille dū timet facile vitat: iste dū nō cognoscit p̄ualet. ¶ Idē. Os culū pacis. Supra lib. scdo de ira. ¶ Isid. de sum. bo. Sepe per simulationem amicitia colit: vt q̄ non potuit aperte decipere: decipiat fraudulenter. ¶ Idem. Per aduersa magis q̄ p̄ pspera cōprobat: si deus ⁊ proximus vere diligat: quia dū aduersa puenerint: tūc amicus fraudulentus detegit. Idē. Qui crucē portat. Infra lib. iij. de cruce spirituali. ¶ Augu. de virgi. Simulatio humilitatis maior superbia est. ¶ Idē. Simulatio dicit. Supra li. v. de pflictu. ¶ Idē sup Mat. Malus spiritus: spiritus stultitie: alter peior simulatio sapiētie: spūs malus spūs erroris: alter peior simulatio veritatis: spūs malus spūs temeritatis: alter peior simulatio consilij: spūs malus spūs ignauie: alter peior simulatio fortitudinis: spūs malus spūs ignorantie: alter peior simulatio scientie: spūs malus spiritus impietatis: alter peior simulatio pietatis spiritus malus spiritus elationis: alter peior simulatio timoris. ¶ Idē. Cautus sit penitēs. supra lib. scdo de cōfessione. ¶ Bernar. super Cant. Intendere quasi in deū sed nō propter deū hypocryte plane anime est. cui? ⁊ si vna facies decora videt: q̄ ad deū qualiscūq; itētiōe respiciat: ipsa tñ simulatio oīne in ea decorū exterminat: ⁊ magis p̄ totū ingerit fedi tatē. ¶ Idē. Minus semp malitia palā nocuit: nec vnq̄ bonus nisi boni simulatiōe deceptus est. ¶ Idē in epi. Nemo magis irā meret: q̄ amicū simulans inimicus. ¶ Idē de cōtemp. Mundi dicet hypocrita: gloria mea testimoniū cōscientie mee: q̄ ⁊ si iudicārium fin faciē verbo vultu ⁊ habitu simulatorio eludat opinionē: sed non eius q̄ scrutat renes ⁊ corda fallit vel euadit iudiciū. ¶ Glo. Ira iusta est. Infra lib. iiij. de zelo bono. ¶ Seneca in epla. Oia vitia in aperto leuiora sunt morbi q̄q; tūc ad sanitatē inclinat cū ex abdito erūpūt atq; vim suā p̄ferūt Auaritiā itaq; ⁊ ambitionē ⁊ cetera mala mētis hūane tūc piculosissima scias eē: cū simulata sanitate subsistūt.

¶ De familiaritate. Capitulum. xxvj.

ORego. in dialo. Qui corp? suum cōtinētie dedicāt: habitare cū feminis nō p̄sumant: ne ruina menti tanto repētina subrepat: quāto ad hoc q̄d male cōcupiscit etiā p̄sentia concupite forme famulat. ¶ Idē in regis. Legit q̄ beatus Augustinus nec cū sorore habita repsenserit dicēs. Que cū sorore mea sunt: sorores mee nō sunt. Docti ergo viri cautela magna debet nobis eē instructio. nā vitiū p̄sumptiōis est: q̄d fortis pauet minus validū nō timere. ¶ Idē super Ezech. Sicut pfecti viri peruersos proximos nō debent fugere: q̄ eos sepe ad rectitudinem trahūt: et ipsi ad peruersitatē nunq̄ trahunt: sic infirmi quiq; societatem debēt declinare malorū: ne mala q̄ frequenter aspiciūt ⁊ corrigere nō valēt delectent imitari. ¶ Ambro. sup Lucā. Q̄ religiosum videt vt cōmemorationē christiane femine non recuses: sed crebra inde tentatione si attentos deo viderit diabolus: suggerit vt decipiat: sed tu q̄uis de proposito p̄sumas caue tentationē: sciens naturā: ¶ Idē de virgi. Terit officijs pudor: audacia emicat: risus obrepit: modestia soluitur dū affectat vrbanitas. ¶ Isido. in syno. Sepe familiaritas

implicat:sepe occasio peccādi volūtatem facit.¶Idem.Melius est habere malorū odiū q̄ cōsortiū.¶Idem. Sicut multa bona habet cōmunis vita sanctor̄:sic plurimū mali societas affert malorū.¶Augu.de singularitate clericorū.Diabolus sicut de simplici charitate amorē conflat illicitū: sic per societatē clerico ⁊ muleri inducit interitū:dum autē cōtentus est cedere:sic valet fortius occupare:⁊ dū subtilius patit̄ semetipsum prebere deuictū:sic plenius deuincere gloriatur.¶Idē.De clericis familiaribus erga mulieres apostolus ait:Gloria in turpitudine eorū.Sed dilectio est inquiunt.O dilectio que inuidet sibi o charitas que cupit se i vituperatione laudari:grande miraculū vt virginū charitas virgines faciat velut cōiuges credi:⁊ cōiugū charitas coniuges faciat velut virgines estimari.¶Idē.Cōuersatio paralitatis nō nisi corruptionē seminat:vitia pullulat: lasciuiam pascit:cupidinem cōcipit: ignominiā parit:rabiē cōcitat:furiā porrigit:petulantiā nutrit:casus exaltat:ruinas edificat.¶Idē. Semel dixerim:omnis incōuenies sodalitas mulierū gluten est delictorū:⁊ viscus toxicatus quo diabolus homines aucupat̄.¶Iero.in epi.Si pudicitiā seruare queris:feminā quā bene videris cōuersionē mente dilige:nō corporali frequētia.¶Idē.Germinant femine spinas cū viris habitantes:et arcana mētiū acuto mucrone percutiūt.¶Idē.Nec Dauid sanctior:nec Salomone potes esse sapientior:memento semp q̄ paradisi colonū de possessione sua mulier ieiecerit.¶Idem Janua diaboli.Supra de muliere libro.i.¶Bernar.sup Canti.Cū femina semp esse ⁊ nō cognoscere feminā nōne plus est q̄ mortuum suscitare? quod minus est non potes:⁊ quod magis est vis credam tibi:quotidie latꝰ tuum ad latus iuuencule in mensa:lectus tuus ad lectum eius in camera: oculus tuus ad oculos eius in colloquio:manus tue ad manus ipsius in opere:⁊ continens vis putari:esto vt sis:sed ego suspitione non careo.

¶De propinquitate. Capitulum.xxvij.

Grego.in Moral'.Sepe ad auaritiā cor parentis illicit fecunditas prolis:eo enim ad ambitū congregande hereditatis accēditur:quo multis heredibus fecundatur.¶Idē.Ille scire deū familiarius appetit:qui pre amore pietatis nescire desiderat quos carnaliter scruit.¶Idem.Graui damno scientia diuina minuit̄:si cū carnis notitia partitur.Extra cognatos ergo quisq̄ ac proximos debet fieri:si vult parenti omniū verius iungi.¶Iero.in epi. Licet sparso crine ⁊ scissis vestibus vbera quibus te nutrierat mater ostē dat:licet i limine pater iaceat:percalcato patre perge:siccis oculis ad vexillū crucis cuola:solū pietatis genꝰ est i hac re esse crudelē:veniet postea dies ille quo victor reuertaris in patriam.¶Idem in homel'.Hic ordo in omni affectu necessariꝰ est:ama post deum patrem:ama matrē:ama filios Si autem necessitas venerit vt amor parentum ac filiorum dei amori comparetur:⁊ non possit vterq̄ seruari: odium in suos:pietas i deū est.¶Johā.Chrysо.de cōpunc.cor.Dico tibi monache:quid queris matrem:aut christiana est mater:aut non est christiana:aut sancta est:aut peccatrix. Si sancta est gaudet quia seruis dño si peccatrix dimitte illā quia mortua est.¶Idem.Qui habet Jesum habz ⁊ patrem:habet matrem:habet filios habet omnem ꝓpinquitatem.Quid queris mortuos?sequere viuum:⁊ dimitte mortuos vt sepelient mortuos suos.¶Isidorus de summo bono. Multi dum propinquorum vtilitates procurant:a dei amore se separant.Vir autem spiritualis ita prodesse debet sue propinquitati:vt dū illis gratiā carnis p̄stare studet:ip̄e a

spirituali ꝓposito nequaq̄ declinet. ¶ Idem. Multi monachorum .s.li.j. de monachis malis. ¶ Idem. Noueris non ꝓhiberi pietatis officium: sed negari carnalitat̄ affectum: primis enī carnaliter prestatur: quod extraneis pie impenditur. ¶ Aug. in epis. Carnalem affectum t̄ i nobis t̄ in nostris militia Christiana vt primamus hortat̄: nec tñ ita vt ingratus sit q̄sq̄ parentibus: t̄ eadem ipsa beneficia q̄ bus in hanc vitam editus susceptus atq̄ nutritus est enumerata deridear seruet potius vbiq̄ pietatem. habent hec locū vbi maiora non vocāt mater ecclesia: mater est etiam matr̄ tue. ¶ Idem de vidui. Nec iō laudanda es q: filios habes. s̄ q̄ eos pie nutrire atq̄ educare studes: vt ei tibi nascerentur: fecunditatis. vt viuant felicitatis est. vt t̄ instituant̄ sic voluntatis est atq̄ potestatis ¶ Ber. in epi. Ecclesia tubet̄ vt ꝯcupiscat rex decorem eius: obliuiscit populū suū t̄ domum patris sui. puer Jesus inter cognatos t̄ notos querit̄: nec iuenit̄. fuge ad fratres tuos: t̄ si tuam vis inuenire salutem. fuge inq̄ de medio Babylonis. fuge a facie gladij aq̄lonis. ¶ Idem. O dirū patrem. o seuam matrem. o parentes crudeles t̄ impios: imo non parētes: sed peremptores. quorum dolor salus pignoris: quorum cōsolatio moꝛs filij est. q̄ me malūt pire cum eis: q̄q̄ regnare sine eis. ¶ Idem. Configat carnes tuas diuinus timor ne decipiat carnalis amor blādit̄ sublingua ei⁹ labor: t̄ dolor lachrymat̄: s̄ insidiatur vt rapiat pauperem. rapere pauperem dum attrahit eū. ¶ Idē Fidelis sermo t̄ omni acceptione dignus: t̄ si impium est contemnere matrem: contēnere ꝓpter Christum pissimum ē. Nam qui dixit. Honora patrem t̄ matrem: ipse etiam dixit. qui amat patrem t̄ matrē plus q̄q̄ me non est me dignus. ¶ Glosa. Matthei. quarto. Perfecta est cōuersio: vbi cū cupiditate rerum carnalis quoq̄ rūpitur dilectio.

¶ De obliuiōe. Ca. xxviij.

ORego. in homel'. Nulla nos ꝓsperitas blādiēs seducat. q̄ stultus viator est qui i itinere amena prata cōspiciēs obliuiscitur ire quo debet. ¶ Idem in moral'. Stulti cum prudentum facta cōspiciunt: hec eis esse oīa reprehensibilia videnť. q̄ sue imperitie t̄ infirmitatis obliti: tanto intensius de alienis iudicant: q̄q̄ tota sua ꝓfundi⁹ ignorāt. ¶ Idē In istis visibilibus que intuet̄ cor nostrum extra se spargit̄: t̄ q̄d de se itrinsecus agat̄ obliuiscit̄: dum extrinsec⁹ occupat̄. ¶ Idem in regis. Sincera i dilectiōe nec vires absentia: nec locū habet obliuio. ¶ Idem in pastora. Sepe nonnulli velut obliti q̄ fratribus animarū causa ꝓlati sunt: toto cordis annisu secularibus causis inseruiunt. ¶ Idem. Ex se debet quisq̄ colligere qualit̄ altene oporteat imbecillitatis misereri. ne contra infirmitatem proximi si ad increpationis vocem feruēs tius rapitur oblitus sui esse videatur ¶ Idem. Sepe nonnulli .s.li.j. de religiosis malis. ¶ Aug. de libe. arbitrio Melior est animus cum obliuiscitur sui ꝓ charitate incōmutabilis dei vel seipm penitus in illius cōparatione contennit. ¶ Idē de confes. Quis dabit dñe mihi vt venias i cor meū t̄ inebries illō: vt obliuiscar mala mea: t̄ vnū bonū meū amplectar te. ¶ Idē ut sermo. Percutit̄ hac animaduersione peccator: vt moriens obliuiscaē sui: qui dum viueret oblitus est dei. ¶ Idem. Ve qui derelinquunt te ducem. Infra. capit. de sapientia mala. ¶ Ambro. in apoc. Sētire vitalis vigoris ac muneris ē. vnde t̄ ille qui errorem suum nō agnoscit insanit: furit desipit. ¶ Ber. super missus est. Videas plerosq̄ i ecclesia dei de ignobilibus nobiles: de pauperib⁹ diuites factos: subito itumescere. ꝓstine obliuisci abiectionis: genus quoq̄ suum erubescere. ¶ Idem super can. Parū est nostris vigilib⁹ q̄ non seruant nos

nisi ꝛ pdant: alto quippe demersi oblivionis somno ad nullum dñice cōminationis tonitruum expergiscunt. vt suum ipsorum periculum expauescāt inde est vt nō parcant suis q̄ non parcunt sibi. pereuntes pariter ꝛ peuntes. ¶ Idem in ser. Quantos videm⁹ quasi oblitos sui ꝛ peccatorum suorū dei quoq; ꝛ beneficiorum eius immemores. sic non redimere: sed amittere tempus: vt de morbis ꝛ affectionib⁹ suis vltima apud ipsos vix mētio fiat.

¶ De ignorantia. Ca.xxix

OReg. in moza. Nescire ignorantia est: sed scire noluisse superbia. ¶ Idē. Quo nosipsos minus agnoscimus: eo illos quos rep̄hendere nitimur plus videmus. communia hec mala sunt q̄ a subditis in p̄latos: sepe a p̄latis in subditos cōmittunt. ¶ Idē. Nemo bene iudicat qui ignorat. ¶ Idem. Sepe cōmittūr Supra de recidiuatione. ¶ Idē. Seclusum ab eternis gaudijs genus humanum exigente culpa mētis oculos perdidit: ꝛ quo meritoꝝ passibus gradiat nescit. sepe ei est donū gratie q̄d iram deputat: ꝛ sepe dist rictiōis ira ē quod gratiam putat. ¶ Idem in regi. Que potest esse pastoris excusatio: si lupus oues comedit ꝛ pastor nescit. ¶ Idem. Quotiens cūq; de baptismo aliquo: cū de confirmatione: cū ꝛ de ecclesiarū cōsecratiōe dubium habetur: ꝛ nec scriptis nec testib⁹ certa ratio habet: vtrū baptizati vel cōfirmati siue ecclesie cōsecrate sint: baptizentur tales: ac confirment: ac ecclesie canonice dedicēt: ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat. q̄n non monstratur iteratum quod nō certis indicijs ostendit rite pactum. ¶ Joh. Chrys. super Mat. Non potest eis esse excusatio condēnationis ignorantia veritatis. quibus fuit inueniēdi facultas si fuisset querendi voluntas. nam si veritas salus est ꝛ vita cognoscentiū se: magis dz queri cū querere. ¶ Isido. in syno. Ignorantia mater errorum ē ignorantia viciorum nutrix. ¶ Aug. sup Mat. Melior est fidelis ignorantia cū temeraria sciētia. ¶ Idē. cū vbi cū sit p̄sens. s. de negligentia. ¶ Idē de gratia ꝛ libero arbi. Ideo diuina p̄cepta data sunt vt homo excusationem de ignorātia non haberet. ¶ Idē de Trini. Error est p̄ alio alteri⁹ approbatio. ¶ Idem. Rem p̄sus ignotā amare omnino nullus potest. ¶ Idē de vita beata. Recte dicimus eorum alios q̄ nullis disciplinis eruditi sunt: nihilq; bonarum artium hauserūt: ieiunos atq; famelicos esse. ¶ Idem de cōiu. adul. Sunt peccata ignorantiū cūq; minora peccatis sciētiū. ¶ Idē Certe nullius crimen maculat nesciētem: ꝛ est interl. Geneb. xxj. nesciui. ¶ Bern. de contemp. An excusare ignorātia possit hoiem q̄ se magistrū infantium ꝛ doctorem insipientiū p̄fitet. Ignorans vtiq; ignorabit: ꝛ multos ignorare faciet ꝛ ignorari. ¶ Idē sup Cant. Dico omnes ignorare deū qui nolunt querti ad eum. neq; enim ob aliud p̄culdubio renuunt: nisi q̄ grauem ꝛ seuerū imaginant qui pius est. durū ꝛ implacabilē q̄ misericors est: ferum ꝛ terribilem q̄ amabilis est. ꝛ mentit iniquitas sibi. ¶ Idē de. xij. gra. Frustra sibi de infirmitate vel ignorantia blandiunt: q̄ vt liberi⁹ peccēt libent ignorant vel infirmant. ¶ Idē in epla. Multa scienda nesciunt. aut sciendi incuria: aut discendi desidia. aut verecundia inqrendi. ꝛ q̄dē hmōi ignorātiā nō hz excusationem. ¶ Idē Multi multa sciunt. s. de curiositate ¶ Idem de cōside. Noueris licet oīa mysteria: noueris lata terre: alta celi p̄funda maris. si te nescierȝ eris similis edificanti sine fundamento ruinā non structuram. ¶ Boetius de cōso. Humane nature ista conditio est: vt si se nosse desierit ifra bestias redigat Si vero cū ceterȝ rebus semetipsum agnoscat excellat eisdem. nā ceteris animantibus sese ignorare natura est hominibus vicio venit. ¶ Seneca. i epla. Non est extrinsecus malum no-

strum:sed intra nos est. in viscerib⁹ sedet: ⁊ ideo difficulter ad sanitatem peruenim⁹:qz nos egrotare nescim⁹.

¶ De stultitia. Ca.xxx.

ORego.in mora. Incautis sepe ad peccati finē vertitur: etiam hoc qđ ꝓ solo studio mercedis inchoatur. ¶ Idem. Quātalibet doctrina mēs polleat: grauis eius ip̄eritia est velle docere meliorē. ¶ Idem. Sepe reprobi ꝓ hoc q̄ vnū vel minimū bonū suū incaute cōspiciunt:mala multa ⁊ grauia in quib⁹ dimersi sunt non agnoscunt. ¶ Idē. Attestante paulo:sapiētia huius mundi stultitia est apud deū: tanto qsq; amplius intus stult⁹ fit:q̄to conat̄ exterius sapiens videri. ¶ Idem in regis. Ego et minores meos quos ab illicitis phibeo.in bonis imitari parat⁹ sum. stult⁹ enī est q̄ in eo se primū estimat vt bona q̄ viderit discere contemnat. ¶ Aug.de libe.arbi. Stultitia est rerum appetendarū ⁊ vitandarū non q̄ libet.sed vitiosa ignorantia. ¶ Idem. Si prudentes dicunt̄ qui oībus modis agunt vt differant mortē ⁊ viuāt paucos dies: q̄ stulti sunt q̄ sic viuūt vt ꝑdant eternam vitam. ¶ Idem de lxxiij.q̄sti. Quicqđ casu fit:temere fit. ¶ Idem de vita btā. Maior ⁊ miserabilior: egestas nulla est: q̄ egere sapientia.⁊ q̄ sapientia nō eget:nulla re omnino egere potest. Est ergo animi egestas nihil aliud q̄ stultitia. ¶ Idē de ordie dis. Quisqs ea sola nouit q̄ corporis sensibus attingit: nō solū cū non esse mihi videt̄: sed nec secū quidem. ¶ Isi. Neminē stultorum.s.li.j de iudicibus. ¶ Bern. de cōside. In his stulto labore cōsumeris q̄ nō sunt nisi afflictio spūs:emisseratio mentis: euacuatio gratie. ¶ Idem super can. Stultus q̄ viuit mortē potius q̄ vitam esse censuerim:quō vita cum sterilitate: ¶ Senec.in epistola. Inter cetera mala hoc quoq; hz stultitia ꝓprium.semper incipit viuere:quid est autem turpius q̄ senex viuere incipiens: ¶ Idem. Omnis stultitia laborat fastidio sui. ¶ Idē. Nihil stultitia pacati hz tam superne illi metus est q̄ infra:vtrumq; trepidat latus: sequunt̄ pericula ⁊ occurrūt:ad omnia pauet ip̄arata est ⁊ ipsis terret̄ auxilijs.

¶ De credulitate. ca.xxxj.

ORego.in mora. Error cūvirtus credit̄ difficilius emendat̄. ¶ Idem. Sicut plerūq; reticēt ex timore ⁊ tamē tacere se estimāt ex humilitate.ita nōnulli loquūtur per impatientiam elatiōis:⁊ tm̄ loqui se credunt per libertatem rectitudinis. ¶ Idem. Maiora crimina. Infra li.iij. de equitate. ¶ Idem. Arrogātes graue se damnū ꝓpeti iudicāt: si scientiam suā loquēdi breuitate cōstringant.tanto enī semetipos credūt doctiores ostendere:q̄to se poterunt multiplicate loq̄citatis apire. ¶ Idē in regis. Nos ignotis hoīb⁹ passim credere non debem⁹. ¶ Idem. Ex te alioꝝ causas existima:⁊ in quoꝝūdam falsis supstitiōibus nō ducaris. ¶ Isido. de sum.bo. Erit ille apud deū condemnatus qui aduersus innocentem falsum testimonium vel dicit: vel dicētibus credit. Nam non solū reus est q̄ falsum de aliquo cōfert: sed is q̄ cito aurem criminibus prebet. ¶ Johan. Chryso. de compunc. Si inimicitie se inel occupauerint hoīes: oīa q̄ fiunt: que dicunt̄:q̄ audiunt̄:ita accipiunt̄ ⁊ intelligunt̄: vt ad maiores ⁊ longiores ꝓficiant inimicitias. Si qđ enim boni dicat̄ de inimico nō credit̄.si qđ nūt mali:hoc solū credit̄ hoc ꝓfirmat̄ ¶ Aug.de bap.puulo. Si ē vita hūana tras i reb⁹ hūanis: puto nos iustius posse reprehendi: si ignotos hoies q̄s criminant̄ inimici:nec eoꝝ crimen vlla testificatione demonstrant: nocentes potius q̄ innocētes credidertim⁹? ¶ Bern. in epla. Error est humane mentis: non mōbonū putare malū ⁊ malū bonū: aut verum falsum: ⁊ econuerso:sed etiam certa recipere pro dubijs:dubia ꝓ certis. ¶ Idem de ꝑfid.

Facilitas credulitatis est: cuius calliditissime vulpecule magnorum neminem comperi satis cauisse versutias. inde ipsis pnihilo ire multe: inde innocentium frequens abdicatio: inde piudicia i absentes. ¶ Idem arrogãs de omni alia supra. lib. ij. de superbia. ¶ Sene. in epistola. Utrumq; viciũ est z omnibus credere z nulli. sed alterum honestius dixerim vicium: alterum tutius.

¶ De sapientia. Ca.xxxij.

ORegori. in mora. Ad veram sapientiã venire nõ possunt: qui false sue sapiẽtie fiducia decipiuntur. ¶ Idem. Valde difficile est vt is qui se sapientẽ estimat: mẽtem ad humilitatem reducat. Idem. Quia testante. ſ. de stultitia. ¶ Idẽ. Sapientia huius mundi infidelis est q; mansura post mortẽ non est. ¶ Idẽ in pasto. Quo quisq; melius sapit: eo ceteris delinquit: z idcirco inexcusabiliter meretur supplicium: q; prudẽter si voluisset potuit vitare peccatum. ¶ Idem. Sepe dum. Supra de discordia. ¶ Idem in regis. de quodã monacho. Sũt bona que in eo placeant. sed hoc est in illo vehemens viciũ quia valde sibi sapiens esse videtur. ¶ Aug. de li. arbi. Ne q; derelinquũt te ducem: z oberrant in vestigijs tuis qui nutus tuos p te amant: z obliuiscuntur qđ innuas. O suauissima lux purgate mentis sapientia. non enĩ cessas innuere nobis que z quanta sis: et nutus tui sunt omne creaturarum decus. ¶ Idem de quantitate aie. Odore ac sapore mire dijudicare pulmenta: z quo lacu piscis captus sit: vel qõ tenue vinum sit nosse dicere: quedam est miserãda peritia: z his artibus cũ quasi creuisse anima videtur: que nec lata mẽte defluxit in sensus: nihil aliud q; timuisse: vel etiam contabuisse iudicanda est. ¶ Idem de ciuita. dei. Philosophiã si vere ac fideliter amasses: Christum dei virtutem: z dei sapientiam cognouisses. nec ab eius saluberrima humilitate tumore inflatꝰ vane scientie resilisses. ¶ Idem. Imeruditos liberalibus disciplinis: et omnino quantum ad philosophorum attinet doctrinas impolitos: non peritos grammatica: non armatos dialectica. non rhetorica inflatos: piscatores cum retibus fidei ad mare huius seculi pauciſſimos misit: atq; ita z ex omni genere tam multos pisces et tanto mirabiliores quãto rariores etiam ipsos philosophos cepit. ¶ Idẽ de ordine dis. Astrologia est magnum religiosis argumentum. tormẽtumq; curiosis. ¶ Ambrosius de virgi. Nemo põt vestitus amictu philosophie in habitu: scilicet sapientie secularis Christum videre. ¶ Hieronymus in origi. super Esayam. Omnis pompa structuraq; verborũ z argumenta dialectica redigentur ad nihilum. ¶ Idẽ in epistola. Demonum cibus est carmina poetarum: secularis sapiẽtie vanitas: rhetoricorum pompa verborũ: hec sua omnes vanitate delectant. et dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiunt animam quoq; penetrant: z pectoris ĩterna deuincunt. ¶ Bernardus de. xij. gra. Sapere malum sapere non est: sed desipere. ¶ Idem de contemp. mun. Quantos mundi sapientia maledicta supplantat: z contentum in eis extinguit spiritum: quem voluerat vehementer dominus accedi. Noli inquit precipitanter agere: diu considera: diligenter intuere. magnum est quod proponis: z agis egens multa deliberatione: experire quid possis. amicos consule: ne post factum penitere contingat. ¶ Idem. Sapientia mundi terrena: animalis: diabolica est inimica salutis. suffocatrix vite. mater tepiditas eius que deo solet vomitũ puocare. ¶ Idem super Cantic. Philosophorum ventosa loquacitas non bonus ẽ imber: qui sterilitatem magis intulit terris q; fertilitatem. ¶ Idem. Vinum secularis scientie inebriat quidem. sed curiositate: non charitate.

implens nō nutriens:inflans nō edifi
cans:ingurgitans:non confortans.
¶ Sen.in epla. Liberalium artium
ostentatio molestos intempestiuos ꝙ
bosos sibi placentes facit.

¶ De doctrina. Ca. xxxiij.

ORego.i mora. Sepe viri fer
uentes ingenio dū cōgrua i
ueniūt:arrogantes intume-
scūt:z qđ p elatiōis vitiū plerūq; ptin
git eisdē acutis sensib⁹ dbus hostē fe
riūt pternunt:dum in his q̄ recte de
deo sentiūt:nō dei ꝟz suā gloriā q̄rūt.
¶ Idem. Peruersi cū vera sapiūt:re
cta q̄dē z rectis ratiōib⁹ loquunt:nō
vt alios audiētes doceant:sed vt ipsi
quāta doctrina polleāt innotescant.
¶ Idē. Quātalibet doctria. s. ō stul-
titia. ¶ Idē sup Eze. De p̄dicatiōis la
bore laudē trāsitoriā q̄rere:qd ē aliđ
q̄s rē magnā vili p̄cio venūdare. ¶ Iđ
Necesse est vt semp sermo p̄dicāt; cū
auditor⁹ debeat qualitate formari:ne
aut verecūdis aspera:aut ipudētib⁹
leuia loquat. ¶ Ambr. sup Lu. Vita
verbū exigit z acq̄rit:sermo autē sine
vita nō ꝺr sermo. ¶ Aug. de vera reli
giōe. Quid adhuc oscitam⁹ crapulā
hesternā:z in mortuis pecudib⁹ diui
na eloq̄a pscrutamur:si q̄ ad disputa
tionē venit platonico noie:ora cre-
pitātia q̄s pect⁹ vero deo plenū magꝭ
habere gestim⁹. ¶ Bern. sup Canti.
Me q̄ bñ de deo z sentire z eloq̄ acce-
perūt si q̄stū estimēt pietatē:si cōuer-
tāt ad ianē gloriā qđ ad lucra dei ac-
ceperāt erogādū:si alta sapientes hu
militibus nō cōsentiāt:paueant quod
in prophęta legitur:dicente dño. De
di ei aurum meum z̄c. Osee. ij.

¶ De honore. Cap. xxxiiij

ORego.in mora. Plus i hoc
mundo honor q̄s despectio
occupat:z magis psperita
tis sublimitas q̄s necessitatis aduersi
tas grauat. ¶ Idē. Trāsit qđ extollit
pmanet qđ punitur:z q̄ honorat⁹ in
via:in puctione dānabit̄:z quasi per
amena prata ad carcerē puenit q̄ per
p̄ritis vite prospera ad interitū tēdit.
¶ Idē. Tātor⁹ p̄dera vnusq̄sq; sustu-
lere cōpellit:quātis in hoc mūdo p̄
cipat. ¶ Idē. Tumoris elatio non or-
do ptātis in crimine est:potētiā enim
de⁹ tribuit:elationē vero potētie ma
litia nostre mētis inuenit. ¶ Idē. Nu
merari culpe nequeūt:q̄ habēde ptā-
tis amore perpetrātur. ¶ Idē i pasto.
Videt q̄sq; qđ subiect⁹ egerit:z repē-
te cognoscet si p̄latus bona agere q̄ p
posuerit possit:qz nequaq; valet i cul
mine hūilitatē discere:q̄ timis posit⁹
nō desijt supbire. ¶ Idē. Sepe suscē-
pta cura reginimis cor p diuersa di-
uerberat:z ipar q̄sq; inuenit ad singu
la:dū cōfusa mēte diuidit ad multa.
¶ Ie. Cū rex necessitas. Infra li. iij.
de dignitate. ¶ Idē i regis. In alto lo
co positis sepe dū exteri⁹ ab hoīb⁹ ho
nor tribuit:ad ima animꝰ mergit:qz
curꝭ discerpētib⁹ grauat. ¶ Ie. Nec
cuilibet fauēte grā vltra q̄s mereturi
partior:nec vili hoc qđ sui iuris ē am
bitu stimulante denegabo.ꝟz fratres
meos honorare p oia cupio:sicq; stu-
deo honore singl'os subuehi:dū nō sit
qđ alteri iure ab altero possit opponi.
¶ Ie. Nec honorē reputo i q̄ fratres
meos honorē suū perdere cognosco.
¶ Ie. Minorē maior p̄cedit sicut ho-
nore:ita z crimine. ¶ Isid. ō sum. bo.
Sepe p honores quorūdā mutantur
z mores:z quos añ cōglutinatos cha
ritate habuerūt:post q̄s ad culmē ho-
noris venerint amicos habere despi-
ciūt. ¶ Idē. Nō debet honoris duca-
tū suscipere:q̄ nescit subditos trami-
te vite melioris preire:neq; ei q̄sq; ad
hoc p̄ficit:vt subditor⁹ culpas cor-
rigat:z ipse vitijs seruiat. ¶ Idē. Qui
regimē. s. ō ambitiosis. li. j. ¶ Idē ibi
dē. Qui ad hoc cōuersionē. ¶ Aug.
in epla. Nō cogito i eccl'ia sticis hono
rib⁹ tpa vērosa trāsigere:ꝟz cogito me
p̄cipi pastor⁹ oīm rationē de p̄missis
ouibus redditurū. ¶ Idē de pastora.
Quisq; ita p̄posit⁹ est vt in eo q̄ p̄po
sit⁹ est gaudeat:z honorē suū querat:
z cōmoda sua sola respiciat:se pascit

non oues. ¶Bern. sup Cāti. Potestate accepta male in malo q̄ in bono vti: abuti est. ¶Idē. Nō dignū est vt inde exigas honorē: vñ refugis laborē. ¶Idē. Fratres reuereamur eos sed vereamur labores eorū: si labores pensam⁹: nō affectam⁹ honores. ¶Jō. Peruersitas. S. lib. j. de ambitiosis. ¶Glo. ps. xxxvj. Quāto gradus altior: tanto casus grauior.

¶De Zelo. Cap. xxxv.

¶Reg. in mora. Apud misericordē iudicē neq̄q̄ sine venia culpa relinquit: cū p feruorē zeli ex ei⁹ amore peccat. ¶Idē. in pasto. Exasperatus rector cū subditor⁹ mentē plus se q̄ debuit percussisse cōsiderat: apud se ad penitētiam semp recurrat: vt p lamēta veniam in ꝓspectu veritatis obtineat: ex eo etiā q̄ p zeli eius studiū peccat. ¶Isido. de sum. bo. Nimia pietas dissolutionem discipline parturit: & zeli studiū dū plus est q̄ oportet in iracundie vitiū trāsit. ¶Bern. sup Canti. Zelus minus absq̄ scientia efficax: minusq̄ vtilis inuenit: plerūq̄ aūt & pernicious valde sentit: quo igit zelus feruidior: vehemētior spūs: pfusior⁹q̄ charitas: eo vigilātiori opus est scientia: q̄ zelū suppriminat: spm̄ temperet: ordinet charitatē. ¶Idē de ꝓside. Vides oēm ecclesiasticū zelū feruere sola p dignitate tuēda: honoribus totū dat sanctitati nihil. ¶Idē. Alij tam vehementer. Supra lib. ij de beatitudine.

¶De argutiōe. Ca. xxxvj.

¶Reg. in pastora. Correpti mēs ad odiū repēte prorumpit si hāc imoderata increpatio plus q̄ debuit addicit. ¶Jō. Plerūq̄ cōtingit vt dū culpa subditorū cū magna inuectione corripit: magistri lingua vsq̄ ad excessus verbi ptrahatur: cūq̄ increpatio imoderate accendit: corda delinquentiū in desperationē deprimunt. ¶Idē in mora. Furentē q̄ p inuectionē corripit: quasi ei q̄ nō sentiat ebrio plagas ponit. ¶Idē. Justo timendū nō est. Infra. lib. iiij. de timore. ¶Idē. Sepe q̄ in potestate. Supra de stultiloquio. in cōuitiatione. ¶Idē. Qui semp increpare appetūt & nūq̄ fouere: multa plerūq̄ increpādo mentiunt. ¶Isido. de sum. bo. Nō debet vicia aliena corripere: q̄ adhuc vitior⁹ contagionib⁹ inseruit improbū est enī arguere q̄cq̄ in alio quod adhuc reprehēdit in semetipso. ¶Aug. in epla. Obsecro te p māsuetudinē Christi vt si lesi te dimittas mihi: nec me vicissim ledendo: malū pro malo reddas. ledes aūt me si mihi tacueris errorē meū: quē forte inueneris in factis vl dictis meis: nā si ea in me reprehendis q̄ reprehendēda nō sunt: te ledis magis q̄ me. ¶Idē. Nī necessitas discipline in moribus corrigēdis dicere vos dura verba cōpellit: si etiā in ipsis modū vos excessisse sentitis: non a vobis exigit vt a vobis subditis veniā postuletis: ne apd eos quos oportet eē subiectos: dū nimiū seruat humilitas: regēdi frangat auctoritas: sed petēda est venia ab oīm dño: q̄ nouit eos quos plus iusto corripitis quāta beniuolentia diligatis. ¶Idē sup Mat. Si peccauerit in te frater tuus &c. Quare illū corripis: quia doles q̄ peccauerit in te: absit: si amore tuo id facis: nihil facis: si amore illius facis: optime facis. ¶Bernar. sup Canti. Jnhūane eorū redarguitis opera quorū onera refugitis: temerarie obiurgat virū de prelio: reuertentem mulier manens in domo.

¶De remissiōe. ca. xxxvij.

¶Reg. in regist. Cū in subiecto pctm̄ nō corrigit: in eos q̄ presunt sentētia retorquetur. ¶Idē. Qui emēdare pōt & negligit: participē se ꝓculdubio delicti cōstituit. ¶Idē. Satis graue est si illic cōtingat habere prauā actionē refugiū: vñ discipline decet ꝓdire cēsurā. ¶Idē. Cōsentire videt errāti: q̄ corrigēda vt resecari debeāt nō occurrit. ¶Idē in mora. Sepe quē tentatiōis

certamē superare nō valuit: sua vete
rius securitas strauit. Nā dū lassum
se q̄sq; in ocio remittit: dissolutā men
tem corruptori pstituit. ¶ Idē. Zeli
trā q; hely nō habuit: motū cantra se
implacabiliter supne vltionis excita
uit. ¶ Iō. Plerūq; dissoluta. s. ō cru
delitate. ¶ Idē. Dū moderari lingua
ociosa verba negligit: more inolite, re
missionis capta audax ad noxia pru
pit: z dū gule incūbit: ad leuitatis p
tinus iusaniā pdit. ¶ Idē in pastora.
Si inchoata bona fortz operātis ma
nus ad pfectionem nō subleuat: ipsa
operādi remissio cōtra hoc qd opera
tū est pugnat. ¶ Idē sup Eze. Super
ea mala q̄ ppria habem⁹: alienas quo
q; mortes addimus: q; tot occidimus
quot ad mortē ire quotidie tepidi et
tacētes videm⁹. ¶ Isido. de sum. bo.
Adultos remissa pversio in pristinos
errores reducit: ac viuendi tepore re
soluit: horū ḡ exēpla q̄sq; pversus eui
tat: ne cū timorē dei a tepore incipis:
rursus mūdanis erroribus emergaz
¶ Aug. in ser. Qui errantē nō corri
puerit de negligētia iudicabit: q aūt
clā, pro eo nō orauerit: de pricie cōdē
nabit. ¶ Idē in regula. Magis inno
cētes nō estis si fratres vestros q̄s iu
dicādo corrigere potestz tacēdo peri
re permittitis. ¶ Idem sup Mat. Tu
vulnus fratris cōtemnis: tu eū vides
perire z negligis: peior es tacendo q̄
ille cōuiciando. ¶ Idē in epi. Sicut
nō est būficētie adiuuādo efficere vt
bonū qd maius est amittat: ita nō est
innocētie parcendo sinere: vt in malū
grauius incidat. ¶ Idē. Nichil est in
felicius felicitate peccātium: qua pe
nalis nutrit impunitas: z mala volū
tas velut hostis iterior roborat. ¶ Iō
de ciuit. dei. Illud est culpabile q hi
q̄ dissimiliter viuūt: z a malor factis
sbhorrēt: parcūt tū pctis alienis que
dedocere aut obiurgare deberent.
¶ Anb. sup Bti inmacu. Remissas ex
cubias callidus insidiator irrumpit.
¶ Bern. de cōsi. Mira res satis sup
q̄: epi ad manū habēt qbus alias cre
dāt: z cui suas pmittāt facultates nō
inueniunt: optimi videlicet estimato
res/ q magnā de minimis/ paruā aut
nullā de maximis curā gerant: sed vt
liquido dat intelligi: patiēti⁹ ferim⁹
Christi iacturā q̄ nostrā. ¶ Idē. De
precio escarū z numero panū cū mini
stris quotidiana discussio est: rara ad
modū cū pres byteris celebrat collo
tio de pctis pplor: cadit a sūna: z est q
subleuet eā: perit aia: z nemo q̄ repu
tet: nec mirū: cū nec nostros assiduos
sentiam⁹ defect⁹. ¶ Idē. Impunitas
incurie soboles: insolētie mr: radix im
pudētie: trāsgressionū ē nutrix: z bea
tus si oī satagas cura malor oim pmā
parētē cauere incuriā. ¶ Idē. Impu
nitas ausum parit: ausus excessum.

¶ De acceptione persone. Capitulum. xxxviij.

GRego. in homel. Judicare
digne de subditis nequēt:
q̄ in subditor causis sua vel
odia vel gratiā sequunt. ¶ Idē in mo
ral. Qz ab ternis atq; inuisibilib⁹, cu
los claudim⁹ z visibilibus pascimur:
plerūq; hoiem nō ex eo qd ipe est: sed
ex his q̄ circa ipm sūt veneramur. cū
nō intueremur qd ipe sit: sz qd possit:
in acceptatiōe psonarū: nō ex psonis
sz ex reb⁹ adiacētib⁹ ducimur. ¶ Isi.
de sum. bo. Judices iniq errāt a veri
tate snie: dū intēdūt i q̄litate psone: z
exulcerāt sepe iustos dū improbe defē
dūt iniq̄s. ¶ Idē. Dives muneribus ci
to corrūpit iudicē: paup aūt dum nō
habet qd offerat: nō solū audiri cōtē
nit: sz etiā ꝫ veritatē oppimit. ¶ Idē
Quattuor modis. s. lib. j. de iudicib⁹
¶ Biero. i glo. malach. ij. Inter oia
pctā sacerdotū q̄si maximū notat: q
nō causas sz psonas psiderāt: z despe
cto iusto paupe iniustos diuites ho
norāt. ¶ Idē i glo. ysa. iij. sup illō. q̄re
atteritis. Mri pncipes cū paupes de
linquētes publice arguāt z cōfundāt
diuitib⁹ peiora peccātib⁹ nec nutū fa
ciūt: in quor domib⁹ rapina paperū
dū eccl'ie opes sibi thesaurizāt: z i de

litys abutunt:q̄ ad sustētationē pau-perū danť;ꝛ sibi reseruāt:vel ꝓpinq̄s distribuūt:ꝛ alioꝝ inopiā suas vł suorū diuitias faciūt. ¶ Idē i homē. sup amos. Quicūq; aut cōsanguinitate/ aut amicitia/ꝛ ecōtrario: vel hostili odio/vł ininicitijs i iudicādo ducit: puertit iudiciū Christi:q̄ est iustitia. ¶ Amb.ō offi. Grā absit cause merita discernant:nihil sic opinionē imo fidē grauat:q̄ si in iudicādo potētiori dones causaꝫ iferioris:vł pauperē ⁊nocētē arguas ꝛ diuitē excuses reū culpe. ¶ Idē. Bonū genus hoim fauere honoratioꝛib⁹. ¶ Bern. ō cōsid. Non qui te reū pcti estimes:si facies pctōꝝ sumis:ꝛ ñ poti⁹ causas iudicas meritoꝝ. ¶ Sene. i epi. Hoc laboramꝰ erroꝛe:sic nobis ꝙponit:q̄ neminē estimamꝰ eo q̄ est:sz etiā aducimꝰ illi ꝛ ea qb⁹ adornatꝰ est:at q̄ cū voles verā hois estimationē inire:ꝛ scire q̄lis sit:nudū inspice:ponat p̄timoniū:ponat honoꝛes:ꝛ alia foꝛtune mēdacia: coꝛpus ipm eruat:animū ituere qualis quātusq; sit alieno an suo magꝰ.

¶ De scādalo. Cap.xxxix.

ORego. sup Eze. Inquātū si ne pctō possumꝰ vitare ꝓximoꝝ scādalū debemꝰ:si aūt de veritate scādalū sumit:vtiliꝰ ꝑmittit nasci scādalū q̄ veritas relīquat. ¶ Idē. Scire ꝑlati debēt:q; si puer sanū ꝙpetrāt:tot moꝛtib⁹ digni sūt:q̄t ad subditos suos ꝙditōis exēpla trāsmittūt. ¶ Hō. Nemo amplius in eccl'ia nocet:q̄ q̄ puer se agēs nomē vł oꝛdinē sctitatꝫ hz:delinquētē nāq; hūc redarguere nullꝰ ꝑsumit:ꝛ i exēplū culpa vehemēter extēdit:qñ ꝓ reuerentia oꝛdinis pctōꝝ honoꝛat. ¶ Isido. ō sū. bo. Deteriores sūt q̄ siue doctrina siue exēplis vitā moresq; bonoꝝ coꝛrūpūt:hīs q̄ substātias alioꝝ p̄diaq; diripiūt. ¶ Aug. ō past. Parū est malis pastoꝛib⁹. s. li. j. de ꝑlatꝫ malis. ¶ Idē Qui i cōspectu ppli male viuit qō in illo est eū a q̄ attendit occidit. ¶ Idē de singu. cle. Eleazarus maluit vitā suā toꝛmētis obȝcere:q̄ cuiq; magister ꝙditionis existere:ꝛ nos vbi nulla toꝛmēta sunt fluxib⁹ solis nolumꝰ aīponere fratres saluādos:nec cōtenti sumꝰ sine vllis cruciatib⁹ tā nobis ꝓdesse q̄ ceteris. ¶ Idē. Cū Christus agn⁹. s. li. j. de cleri. ¶ Idē. Sicut q̄ait apl's. s. lib. ij. de cōtinētia gustus. ¶ Joh. Chry. sup Joh. Oia agam⁹ ne scādalizet ꝓximꝰ: vita etenī ꝛ sival de recta fuerit:scādalū alijs ꝑbēs oē ꝙdit. ¶ Ber. i epi. Cōstat vbi veritas deest:ꝛ vbi ꝓfitas necessaria in cā nō est:nec licite scādalū q̄libet a quolibet posse ꝓmitti nec iuste ꝑcipi/nec in noxie cōsentiri. ¶ Idē. Cū carpunt vitia ꝛ inde scādalū oꝛit:ipe sibi scādalicā est q̄ fecit q̄ argui debeat:nō ille q̄ arguit. ¶ Idē. Libēter carebo quātolibet etiā spūali q̄stu q̄ nō possit acquiri nisi cū scādalo. vbi ei scādalū:ibi ꝓculdubio charitatis est detrimentū: vbi aūt diminutio charitatꝫ miroꝝ q̄ vł quale possit spiritalis exercitij sperari lucrū. ¶ Idē i ser. Si dñs ꝓpriū sanguinē dedit i ꝑciū redēptiōis aīarū:nō tibi videť grauioꝛē sustinere ab eo pſecutionē:q̄ suggestiōe mala:exēplo pniciosō:scādali occasiōe auertit ab eo aīas quas redemit:q̄ ab illo q̄ sāguinē suū fudit. ¶ Hō. Is q̄ exēplo suo ad remissiꝰ agēdū ceteros ꝓuocat aut singularitate turbat:aut inq̄etat curiositate:aut impatiētia suꝝ ⁊ murmuratiōe molestat:aut q̄cūq; mō contristat spīm dei q̄ est in eis:scādalizās vnū ō minimis istis credētib⁹ i eū:nōne ꝛ hic manifeste persequit Christū.

¶ De infamia. Cap.xl.

ORe. i reg. Bz hoc ꝓpū ātiq̄ hoſt;ꝫ iuidia:vt q̄s i prauoꝝ actuū ꝙpetratiōe ō sibi rēsistēte supare ñ valz opiniōes eoꝝ falsa ad pīs simlādo dilaceret. ¶ Hō i mo. Sicut bonꝰ odoꝛ ex ꝓtute ē:sic fetoꝛ ex vitio. ¶ Hō. Suis ē iniq̄tas q̄ñ is q̄ puer sus ē:oēndere ꝛ alios puersos molit:vt ide ꝛ ipe q̄si sctūs appareat: q̄ alios sctōs ñ eē docuerit. ¶ Hō. Ne

ſmmodera⁊ laudib⁹ eleuemur: plerū⁹ miro redēptoris nr̄i moderamine etiā detractiōib⁹ lacerari pmittimur vt cū nos vox laudātis eleuat lingua detrahentis humiliet. ¶ Aug. de vita ⁊ mo. cle. Querētes licentiā male faciēdi: querūt sibi exēpla male viuē tium: ⁊ multos ifamāt vt socios inue nisse videant. ¶ Idē. Et vt ait apl's: spectaculū facti sumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hoibus: q̄ nos amant q̄rūt quid laudēt in nobis. q̄ aūt nos oderūt detrahunt nobis. Nos aūt in medio constituti adiuuante dño deo nr̄o. ⁊ vitā nr̄am ⁊ famā sic custodire debemus: vt nō erubescāt detractorib⁹ laudatores. ¶ Idē de singula. cleri. Peius ē q̄ mechia cōtinentiam ducere criminosam: ⁊ infamē facere sctimoniā: blasphemiā ingerit religioni. ¶ Ambro. sup lu. Judicia hoim sepe fallunt: vt ⁊ iustis iusticie gr̄am frequent aserbāt. ⁊ iustum aut odio psequant: aut mendacio decolorēt. ¶ Idē in epist. Quid ē qđ magis publicū sit q̄ offēsa pudoris ⁊ defloratio virginitatis: nihil pfecto quod magis se pdat q̄ castitatis dispendium.

¶ De affectiōibus. Ca. xlj

¶ Reg. in mora. Mens nostra a secreti interioris securo exclusa: mō spe decipit: modo pauore vexat: mō deficiendo dolore dejcit: mō falsa hilaritate releuatur ¶ Idē. Quāuis trinitatis imaginem in natura suem⁹ vanis tñ delectationis motib⁹ pturbati in conuersatione nostra deliquim⁹: vt modis nos semp alternantib⁹ cupido cōcutiat: metus frangat leticia mitteat: dolor affligat ¶ Aug. de lib. ar. Uolūtas mala siue cupiditate rapiat: siue timore reuocetur: siue leticia diffūdat. siue tristitia vhat: atq̄ i his oib⁹ pturbatiōib⁹ ai q̄ cunq̄ sunt alus vt eo tpe grauiora cōtēnat ⁊ pferat: pōt etiā sine alteri⁹ spiritu istinctu se ipa decipe. ¶ Amb. in epi. Sapiēs nō metu frāgit: nec ptāte mutat: non attollit pspis: nec tristibus mergit. vbi em sapia: ibi ꝓtus ai: ibi ꝓstātia: ibi fortitudo. ¶ Ambr. de ꝓg. Sūt aie velut q̄ttuor eq̄: q̄ttuor affectiōes/ira cupiditas/ voluptas/timor. q̄b⁹ furentib⁹ cū cepit agi neq̄q̄ se ipsa cognoscit. ¶ Hiero. i orig. sup Johelē. cauēdū ē ne egritudo q̄si eruca nos comedat. ne locusta vastet gaudio huc illucq̄ volitās: ⁊ gestiens leticia p diuersa se iactās. ne bruc⁹. i. pauor ⁊ futuroꝝ met⁹ radices sapie duoret. ne rubigo. s. dēsideriū futuroꝝ res iutiles ꝓcupiscat: ⁊ nos pferat ad ruinā. ¶ Boe. đ ꝓso. Uiuere si vis tranquille recto: gaudia pelle: pelle timorem; spemq̄ fugato: nec dolor assit.

¶ De timore. Cap. xlij.

¶ Re. i mor. Sepe nōnulli dū tpalia aduersa ptimescūt di strictiōis eterne aīa aduersiōnē abjciūt. ¶ Jō. Quisq̄s pūtē gl'az q̄rit: pfecto despectū metuit. q̄ semp ad lucra hiat: semp vcz dāna formidat. ¶ Idē. Magna est securitas cordis nihil ꝓcuspiscenti ehe secularis. Nā si ad terrena cōcupiscēda cor inhiat: securū tranq̄llūq̄ esse nullaten⁹ pōt. qz aut nō hita cōcupiscit vt hēat aut hita metuit ne amittat. ¶ Idem. Multos sepe vidim⁹ vitā q̄dē sctē conuersatiōis appetere: sed ne hāc assequi valeāt: mō irruētes casus: mō futura aduersa formidare: q̄ icerta mala dū q̄si cauti ꝓspiciūt: i pctōꝝ suoꝝ vincula incauti retinent. ¶ Idē in pasto. Plerūq̄ vtili⁹ apd pusillanimes pficim⁹ si ⁊ coꝝ bñ gesta memoram⁹. ¶ Idem Ignorat mēs gr̄am libertatis quā ligat fuit⁹ timoris. ¶ Aug. đ li. ar. nulla re fruit aia cū libertate: nisi q̄ fruit cū securitate. Nemo aūt secur⁹ ē i his bonis q̄ pōt inuit⁹ amittere. ¶ Joh. Chrys. de cōpunc. Multa ihonesta ⁊ indigna committere nō paupertas: sed pusillanimitas facit. ¶ Johānes Chrys. super Mattheum. Facile deuiat a iustitia qui in causis non deum sed hominem formidet. hic peccandi differt facultatem. Sed non aufert

voluntatem. ¶ Isi. de sum. bo. Multi cupiunt cõuolare ad gram dei: sed timen carere oblectamentis mũdi prouocat quidem eos amor Christi: sz reuocat eos cupiditas seculi. ¶ Idem. Qui metu ptãtis veritatem occultat eiusdẽ veritat; iracundiã sibi celitus ꝓuocat. qz pl⁹ ptimescit hoiem q̃s diuinã metuat indignationem. ¶ Idẽ. Multi sacerdotes. s. li. j. de sacerdo. mal. ¶ Cassiod. sup illũ. ps. Illic trepidauerunt timore. Sicut cautela ẽ oportune timere. ita ignauia ẽ inepte trepidare. ¶ Bern. in epi. Queso te quod memoriale virtut; q laus disciplinę: qs scięt̃ie ꝓfectus vel artis fructus. trepidare timore vbi nõ ẽ timor: z timorẽ dñi derelinq̃re: q̃s salubrius diceres. dñm Jesum Christũ z hunc crucifixũ: quã vtiq̃s scientiã haud facile: nisi q mundo crucifixus est apphendit. ¶ Idem. Sicut sctis z electis tribulatio operat patientiã: patiẽtia ꝓbationẽ: ꝓbatio spem: spes aũt non cõfundit. sic dãnandis z reprobis tribulatio parit ecõtrario pusillanimitatem. pusillanimitas pturbationẽ: perturbatio desperationẽ: z illa interimit. ¶ Idẽ de ꝓtemp. Vocat magni ꝓsilij angelus: qd op⁹ ẽt aliena ꝓsilia p̃stoleris. qs eni fidelior: qs ve sapientior illo. seduc me dñe et seducar: fortior esto z inualesce. ¶ Idem. O si cognouissetis miseri z vos si nõ: mutatis nõ effugitis pnam. nã malũ ipunitũ eẽ non põt. qonon punit hic ꝓpria volũtate: punieť alibi sine fine. Misera sane z extreme plena dementie cõmutatio: humanũ declinare laborẽ. z paratum diabolo stridorẽ eligere sempiternum. ¶ Idem. Videmus paupes alias. supra. li. ij. de beatitudine. ¶ Sene. in epist. Plura sunt q̃ nos terrent q̃s q̃ premunt. z sepius opinione q̃s re laboramus. ¶ Idem. Expauescimus dubia p certis: nõ seruam⁹ modũ rerum. statim timorẽ venit scrupulus ¶ Idem. Delicati timẽt mortem: cui vitam suã facere silem. ¶ Idẽ. Quẽcunq̃s ex illis felicibus elegeris multa trahentibus: multa portãtib⁹: videbis illũ comiti onericq̃ timentem.

¶ De doloribus. Ca. xliij.

ORego. in mora. Sepe gravitatem cordis quasi subiũcta ex latere tristitia sequit: atq̃s oẽ opus qđ mens bona intentiõe inchoat hoc velamine meroris obũbrat ¶ Idẽ. Fructũ non hñt lamenta que student cũ gemitu desiderare pitura ¶ Idẽ. Mñ ille lucz q ptãtem suscipit, inde quersus quisq̃ q corrigi metuit tenebrescit. ¶ Joh. Chrys. sup Mat. Mal⁹ inuidia vulneratũ non solum cã idonea: sed etiã leuis occasio excitat in dolorẽ. ¶ Ber. in epi. Mõ plane bonus color si sctõꝝ quispiã anxie ferre objectionẽ suã videat: de qua etiã nõ gaudere z nõ gloriari minus est a pfecto. ¶ Idẽ in ser. Dino q̃s tum in se est inhonorat eum a quo vocat⁹ est: qs quis in eius seruitio in tristitia pmanet z rancore: ea dico tristitia q̃ fin seculum est: z mortẽ operat. ¶ Sene. in epi. Quedã nos magis torquẽt q̃s debent. qđã ante torquent q̃s debent. quedã torquent cũ dino non debent. sic aut augemus dolorem: aut p̃occupamus: aut fingimus.

¶ De confidẽtia. Ca. xliiij

ORego. in mora. Quasi i aqs defluentib⁹ fundamentũ ponere: ẽ in reb⁹ labentib⁹ spei fiduciã velle solidare. ¶ Aug. de singula. cleri. Aduersa est ꝓfidentia q̃ in piculis vitã suã quasi p certo cõmendat. z lubrica spes est q̃ inter fomẽta pcti saluari se sperat. ¶ Isi. de sum. bo. Qui male agere nõ desistunt: vana spe indulgentiã de dei pietate req̃runt. quã quidẽ recte req̃rerent: si ab actione prava cessarent. ¶ Idẽ. Qui hic de bono laudẽ appetit: spem pdit z gliam mercedis i futuro nõ recipit. ¶ Ber. sup qui habitat. Sunt q̃ sperant in dño: sed frustra. qz sic de mia eius sibijpsis blandiunť: vt a pcis nõ emẽdentur. vana est dino spes ista: z

hec ꝓfudit: eo ꝙ charitas desit. ¶ Jō in ser. Est infidelis fiducia: soli⁹ vtiq; maledictionis capax: cum videlz i spe peccam⁹. Sen. i epi. Vitate q̄ vulgo placent: q̄ casus tribuit: ad oē fortuitum bonū suspicios. pauidiq; subsistite. nam fera ⁊ piscis spe aliqua oblectante decipit.

¶ De leticia. Ca. xlv.

aut loquat. ſz omnium ſe vltimum iudicat. z ſalutem de ſola miſericordia dei ſperat. ¶ Caſſio. de anima. Ad te dñe ſancte nemo ſe erigẽdo peruenit: ſz potius humiliato aſcendit cum altiſſimus ſis: primo redderis ſupplicatione curuatis. ¶ Berñ. ſup cant. Opz humiliter ſentire de ſe nitentem ad alioza: ne ſupza ſe attollat cadat. ¶ Idẽ In aia non eſt plane timẽda ꝯtalibz humiliatio: horrenda autem nimium ꝯ pauenda: vel minime temere ꝑſumpta erectio. ꝯ obrẽ noli te hõ comparare maioribus: noli minoribus: noli aliquibus: noli vni. ¶ Idem. Appetere de humilitate laudem: humilitatis non eſt virtꝰ ſed ſubuerſio. Verus humilis vilis vult reputari: nõ humilis ꝓdicari. gaudet contẽptu ſui hoc ſolo plane ſi: verbis ꝙ laudes contemnit. ¶ Idem in epi. Vt caſtitas ſiue charitas dicat: humilitas merebit. qñ humilibus deus dat grãm. ſeruat acceptas qz non recedit ſpũs niſi ſuperbum et humilẽ: z ſeruatas cõſummat. nã virtus in infirmitate: hoc eſt in humilitate pficit. z inimicã gre: oiſqz iritũ pcti debellat ſuperbiam. ¶ Idem. Humiliatio via eſt ad humilitatẽ: ſicut patientia ad pacẽ. ſicut lectio ad ſcientiã. ſi virtutẽ appetis humilitatis: viã non refugias humiliationis. Nã ſi non poteris humiliari: nõ poteris ad humilitatem puehi. ¶ Idẽ. Neſcio q̃ pacto familiarius ſemp humiliati ꝓpinquare ſolet diuinitas. denicz ipſa ſe iduit vt appareret hoibus: ſubſtãtiam: formam: habitũqz geſtauit humilẽ: ipſi? nobis cõmendãs virtutis excellentiã quã ſpeciali ſui voluit honorare ꝑſentia. ¶ Idem. Sapientis eſt conſilium ꝯto magnus es humilia te i omnib?. Sapientie vero ꝑceptum: qui maior eſt veſtrum: fiat ſicut minor. ¶ Idem de. xij. gra. Humilitatis talis poteſt eſſe diffinitio. Humilitas eſt virtus q̃ homo vera cognitione ſui ipſe ſibi vilescit. ¶ Idẽ. Humilitatis primus gradus eſt corde: z corpore ſemper humilitatẽ oſtendere: defixis in terrã aſpectibus. Secundus: vt pauca z rationabilia verba loquat: non clamoſa voce. Tertius: vt non ſit facilis aut ꝓmptus in riſu. Quartus: taciturnitas vſqz ad interrogationẽ. Quintus: tenere qd̃ cõmunis hz monaſterij regula. Sext?: credere z ꝓnunciare ſe omnibus vilioꝛem. Septimus: ad oia indignum z inutilem ſe cõfiteri z credere. Octauus confeſſio peccatoꝝ. Nonus: ꝙ obedientia in duris z aſperis patientiam amplecti. Decimus: vt oi obedientia ſubdat ſe maiori. Undecimus: vt voluntatem propriam nõ delectet implere. Duodecimus: vt deũ timeat: z memor ſit oim que ꝓcepit. ¶ Anſel. de ſimilitu. Primus grad? humilitatis eſt. quãdoqz cognoſcere contemptibilem ſe eſſe. Et qz ſunt quidam qui cõtemptibiles ſe eſſe cognoſcunt: ſed inde nõ dolent. Secundus eſt dolere cõtemptibilẽ ſe eſſe. Quia vero ſunt alij qui ſe cõtemptibiles dolent: ſed cõfiteri nolũt. Tertius eſt cõfiteri ſe ꝯtemptibilem eſſe. At vero qz rurſus ſunt alij qui ſe contemptibiles confitẽtur: ſed nolũt vt ita credatur. Quartus eſt ꝑſuadere contemptibilem ſe eſſe. Sed quia quidam cõtemptibiles quidem volunt credi: ſed hoc ſibi nolunt dici. Quintus eſt: patienter pati vt cõtemptibilis dicat. Sed qz quidam patiunt vt cõtemptibiles dicant: ſed tñ pati nolunt vt contẽptibiliter tractent. Sextus ẽ: pati vt cõtemptibiliter tractet. Sed quoniam z hoc quidam inuiti patiuntur. Septimus eſt amare vt cõtemptibiliter tractetur. vbi poſtqz quis aſcenderit: clara eſt in luce. i. i perfecta ſui cognitione. ¶ Idem. Alterius virtutem. Infra de aſcenſione. ¶ Gloſa. Matthe. tertio. Perfecta humilitas hab tres gradus. Primus eſt ſubdere ſe maiori. z non preferre ſe equali. Hic vocatur ſufficiens. quia ſufficit aliquem ſic humiliari: z iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius. Secundus gradus eſt ſubdere ſe equali. nec preferre ſe minori. hic dicitur abun-

dans. Tertiꝰ est subesse minori. in quo est omnis iustitia.

¶ De simplicitate. ca. xiij.

OReg. in homel. Si abiectio vilis indumenti virtus non esset. euangelista vigilanter de Johanne non diceret. erat indutꝰ pilis camelorꝝ. ¶ Aug. in regula. Nō sit notabilis habitus vester: nec affectetis vestibus placere: sed moribus. ¶ Idem. In incessu. ſ. lib. ij. de modestia. ¶ Idem super Mat. Resistit deꝰ superbis ⁊ calamistratis ⁊ pannosis, humilibus dat gratiam. ¶ Idē in epi sto. Verus ornatus maxime christianorum ⁊ christianarū non tm̄ fucꝰ mēdax. verum ne auri quidē vestisq; pōpa: sed mores boni sunt. ¶ Idē. Auri circumpositio: ⁊ intorsio crinium: ⁊ cetera hmōi: que vel ad inanem pompam: vel ad illecebrā forme adhiberi solēt: merito reprehensa sunt. sed est quidā pro modulo persone habitꝰ matronalis a viduali veste distinctus: qui pōt fidelibꝰ cōiugatis salua religionis observantia cōuenire. Et infra. Quid enim est absurdius: q̄ mulierē de humili veste viro phibēre superbire: cui te potius expediret obtemperare candidis moribus: q̄ nigellis vestibꝰ repugnare. ¶ Idem de viduitate. Interiore pulchritudie Christo placere: hāc pulchritudinem studiosa cura ⁊ sollicita cogitatione cōponite: non amat ille fallaciarū fucos: veris veritas delectat: ⁊ ille si qs legisti agnoscis veritas vocat. ¶ Ambro. de offi. Non sit affectatus decor corporis: sed naturalis: sed simplex. neglectꝰ magis q̄ expeditus: non preciosis ⁊ albentibꝰ ad tutus vestimentis: sed cōmunibus: vt honestati vel vtilitati nihil desit: nihil accedat nitori. ¶ Idē in glo. j. ad Thi mo. v. Que vult audiri iclinare se dz amota pompa: vt miam dñi puocet. habitus ei superbus: nec impetrat: nec recta de se credi facit. ¶ Joh. Chry. super Mat. Omne vestimētū ad tres pertinet causas. aut ad speciem visionis: aut ad delectationē corpis aut ad tegumentū nuditatis. Ad speciē visionis habere vestimētum seruis dei nō conuenit sicꝛ ad delectamentū corporis deo seruientibus non est aptū. sed quod tantū ad tegumentū nuditatis ¶ Hiero. in epla. Sordes vestiū cādide mentis indicia sunt. vilis tunica cōtemptū seculi pbat. ita duntaxat vt animꝰ nō tumeat: nec habitꝰ sermo q̄ dissentiat. ¶ Ber. in epi. Pauperi or cultus in alijs frenat cōcupiscentiam: in alijs circa amorem paupertatꝭ afficit cōscientiam. ¶ Idem. Si dederit inqt Jacob mihi dñs panē ad mā ducandū: ⁊ vestimentum quo operiar Hoza quo operiar. Sic ergo ⁊ nos cōtenti simus vestimentis quibꝰ operiamur: non quibus lasciuiamus: nō quibus superbiamus: non quibus mulierculis similari vel placere studeamꝰ ¶ Idem super canti. Simplicitas cā dor est: pbamus a contrario: nam neuus duplicitas: parū dixi macula ē.

¶ De verecūdia. Ca. xiiij.

OReg. in moza. Sepe cū nos a sctī desiderij exercitatiōe torpescere supna pietas cernit: exempla se sequentium nostris obtutibus obijcit: vt mens per ocium remissa quo in alijs vigilantiam pfectꝰ considerat: eo in se pigritudinem torporis erubescat. ¶ Idem. Nonnūq̄ quidā in dei seruitio ex anteacta acrius debilitate roborāt: eosq; ad custodienda mandata ⁊ futurorum trahit desiderium: ⁊ impellit memoria pteritorum: vt hinc ad ventura amor ꝓuocet: illinc de pteritis verecundia ſtiget. ¶ Idem. Boni eo magis ignescūt ad desiderium reqrende pietatis dei quo magis erubescunt memoria iniq tatis sue. ¶ Idem. Facile culpa corrigit̄ que erubescit. ¶ Idem. Cunctos vicia ad ima ptrahūt: sed tm̄ quidam eo ab his facilius redeunt: q̄ se in eis corruisse altius erubescunt. ¶ Idem. Qui adhuc actis carnalibus ſcubat necesse est vt instruere spūaliter ꝓ-

morum mentes erubescat. ¶ Idem super Ezech. Erubescere maiū sapiētie est. bonū vero erubescere fatuitatis. ¶ Idem. Qui erubescit penitēdo mala q̄ fecit: ad vite libertatē peruenit. ¶ Amb. in ser. Solet citius mereri indulgentiā q̄ verecundius deprecatur In omni ergo culpa ante flendū ē q̄ precandum. ¶ Idem. Pulchra viri⁹ supra. li. j. de iuuenibus. ¶ Idem de offic. In ipso iure canendi prima disciplina verecundia est. immo etiam in omni vsu loquendi. vt sensim quis: aut psallere: aut canere: aut postremo loqui incipiat: vt verecunda p̄cipia cōmēdent p̄cessum. ¶ Idem. Est etiā in ipso motu gestu incessu tenenda verecundia. habit⁹ enī mentis in corporis statu cernit. ¶ Isid. Peccati pudore. s. li. ij. de cōtinētia visus. ¶ Idē Quisquis peccatoꝝ. s. li. ij. de memoria. ¶ Aug. de vita z mo. clerico. Fateor vobis de p̄ciosa veste erubesco: q̄ non decet hanc p̄fessionem. ¶ Idē Mīa verecundia magna est pena. qui erubescit p̄ Christo sit dignus misericordie: qui q̄ Christo pluribus confitebit in spe venie turpitudinē criminis. tanto facilius consequet gratiā remissionis. ¶ Piero. i epi. Omnet prudentiā verecundia. z qđ p̄cipuum in feminis semp fuit: cunctas in te virtutes pudor superet. ¶ Idē. Oino pudor. Infra de cōuersione. ¶ Ber. in epi. Hec sterilis verecundia grata est. nec humilitas preter veritatem laudabilis. ¶ Idem sup cant. Verecūdia specialis gloria conscientie est: fame custos vite decus: virtutis sedes: virtutum primitie. nature laus: z insigne totius honesti. ¶ Idē. Nolo repēte fieri summus: paulatim p̄fecere volo: q̄tū displicet deo impudētia peccatoris: tm penitentis verecundia placet. citius placas cum si mensuram tuam seruaueris: z altiora te nō q̄sieris. ¶ Idem. Quid amabilius. s. li. j. de iuuenib⁹. ¶ Idem. Humilis z verecunda. s. li. ij. de satisfactione. ¶ Idem. in sermo. Credo considerantes q̄ta sustinuit ipsa maiestas p̄ inutilibus seruis: erubescamus non sustinere vel parua p̄ nobis. ¶ Glo. apo. iij. Apud⁹ est hic erubescere coram paucis: q̄ in futuro coram omnibus. Glo. est quedam. s. li. ij. de satisfactione.

¶ De amicitia. Capi. xv.

Greg. in moral. Cum quis in p̄speritate diligit: incertum est valde vtrū p̄speritas an p̄sona diligatur: amissio aūt felicitatis interrogat vim dilectionis. ¶ Idem. Qui ex aduersitate p̄ximum despicit aperte conuincitur q̄ hunc in prosperis non amauit. ¶ Idem in dialog. Inter amātes se amicos magnū charitatis familiaritas ausum p̄bet. ¶ Idē in pasto. Ab illo qui summe rectus est coipso iam discrepat: quo peruersoꝝ amicitijs vita nostra p̄cordat. ¶ Idē in regi. Amicorum amissio nos tanto dō tolerabilius p̄tristare: q̄to amissuros nos illos cēditio mortalitatis exposcit. ¶ Idē. Vt aliq̄d secularis auctoritatis loquar: cum amicis omnia tractāda sunt: sed p̄i⁹ de ipsis. ¶ Idē Nemo potest diligere quos non vult videre. ¶ Isi. in ethy. Amicus quasi animi vel amicitie custos per derivationem. dictus autem p̄prie amicus ab hamo. i. a cathena charitatis. ¶ Idē de sum. bo. Non sunt fideles in amicitia quos munus non gratia copulat. hi citō deserunt: nisi semp acceperint Dilectio enī q̄ munere glutinat: eo suspenso dissoluit. ¶ Idem. Sepe p̄ honores. s. li. iij. de honore. ¶ Augu. in epi. Nemo potest veraciter amic⁹ esse hominis: nisi fuerit ipsius p̄mitus veritatis. quod si gratis non facit: nullo fieri pacto potest. ¶ Idē de cathe. ru. Nulla est maior ad amorem inuitatio q̄ p̄uenire amando: z nimis durus ē animus q̄ dilectionē sī nolebat impendere noluit repēdere. ¶ Idem in sol. Illam amicitie legē iustissimam esse arbitror: qua p̄scribitur vt nō minus: ita nec plus q̄s amicum q̄ seipm diligat. ¶ Idem. Tanto magis amo simi-

cos meos: ꝯto magis bene vtunt aia rationali: z certe ꝯtum desiderant ea bene vti. ¶ Amb. de of. ꝓietatis custos amicitia est z cōtinatis magistra: vt supior inferiori se exhibeat equalē z inferior superiori fidelem. ¶ Idem. Amicitia nescit superbiam. ¶ Idem. Virtus est amicitia: non questus. nō pecunia parat: sed gratia. non pollicitatione ꝑciorum: sed cōcertatione beniuolentie. ¶ Joh. Chryso. de ꝑpun. Vbi amicitia ꝑmanet nihil facile creditur: nihil facile recipit quod discidium possit operari. ¶ Hiero. in epi. In amicis non res querit: sed voluntas. q; alterum z ab inimicis sepe ꝓtegetur: alterum sola charitas tribuit. ¶ Jō. Vera illa necessitudo ē z Christi glutino copulata: quā non vtilitas rei familiaris. nō ꝓsentia tantū corꝑum. non sub dola z palpans adulatio: sꝫ dei timor z diuinarum scripturarum studia peciliant. ¶ Idem in ori. super Mich. Delicata est amicitia: q; amicorum felicitatem z diuitias seqtur. ¶ Bern. in epi. Habet vera amicitia nonnūq; obiurgationem: adulationem nunq;. ¶ Glo. eccles. vj. Plena z perfecta amicitia inter ꝑfectos viros eiusdemq; virtutis perseuerare pōt. z ad hanc quibusdam gradibus peruenit. Primus est mundanorum contemptus. Secund?: ne quis se sapientem z cōsultum iudicans: sibi ꝯ amico credere malit. Tertius: vt oia q; vtilia z necessaria estimat bono charitatis z pacis ꝓponat. Quartus vt omnino desinat ab ira. Quintus vt iram fratris etiam irrationabilem sedare cupiat: quia alterius tristitia perniciosa est sicut ꝓpria. nisi eā ꝯtū in te est etiam de fratris mente depellas. Postremus gradus est omnium viciorum peremptori?: vt de hoc mūdo credas te quotidie migraturum. ¶ Sene. in epi. Qui vtilitatis causa assumptus est: tādiu placebit: q; diu vtilis erit: hac re florentes amicorum turba circūsidet: circa euersos solitudo est. z ide amici fugiunt vbi ꝓbant

¶ Idem. Amicum paro vt habeam ꝑ quo mori possim: vt habeam quem in exilium sequar. cuius me morti z opponam z impendam. detrahit amicitie maiestatem suam qui illam parat ad bonos casus. ¶ Idē. Amicos optime res secunde parāt. aduerse certissime probant.

¶ De concordia. Cap. xv.

Gregorius in registro. Quisquis patri heres esse desiderat: filius existere pacem custodiendo non renuat. Nam qui locū ꝓbet discordie: ipse profecto tanti se muneris exortem esse ꝓstituit. ¶ Idē. Pacem tunc veraciter tenemus: cū superborum culpas charitate z iusticia simul insistente persequimur: cum eos diligimus: z eorum vicia odio habemus. ¶ Idem. Manifestum bonitatis esse liquet indicium. in vnius electione cunctorum conuenire consensum. ¶ Idem. Laudabile z studioso ē religioso cōueniens: terrenis gratiam deo pacem ꝑferre compēdijs: z ex rebus transitorijs mansura charitatis semp lucra mercari. ¶ Idem in mora. Sicut noxium esse solet si vnitas desit bonis. ita perniciosum est si non desit malis. Peruersos quippe vnitas corroborat: dum concordat. z tanto magis incorrigibiles ꝯto vnanimes facit. ¶ Idem super Ezechielem. Ita bona facere opera debemus: vt ꝑ hec quoq; cum his cum quibus viuimus vnanimitatem iꝯtum recte possum? conseruemus. ¶ Aug. de verbis do. Pax est serenitas mētis: tranqllitas aī simplicitas cordis: vinculū amoris cōsortiū charitatis. ¶ Idē. Pax cunctis est placida. non querit alienū: nihil deputat suum. docet amare q; odisse non nouit. nescit extolli: nescit inflari. Hanc ergo q; accepit teneat. q; pdidit repetat. q; amisit requirat. quoniā qui in ea non fuerit inuentus abdicatur a patre: exheredat a filio: nihilominus a spiritusancto efficitur alien? Respuit enī inun? oblatum q; date le

gis contempserit bonum: nec poterit ad hereditatē domini peruenire: qui testamentū noluerit obseruare. ¶ Jō. de ouibus. Testamentū dei ⁊ hereditas pax est: vt a cōcordibus consortibus possideatur: nō a litigantibus diuidatur. ¶ Jdē de quest. vete. ⁊ noui testa. Qui pacem suscipit saluatoris: inimicitiam cōtrahit mūdi: nisi enim discordauerit a diabolo: pacē non habebit cū Christo. ¶ Jdem de ciui. dei. Tātum est pacis bonum: vt etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil gratius soleat audiri: nihil desiderabilius concupisci: nihil postremo possit melius inueniri. ¶ Jdem. Pacem constat belli esse optabilē finē. ¶ Johā. Chrysо. de cōpunct. Vbi pax est ibi oīa prosperabunt. vbi sobrietas lucet: vbi vnanimitas abstinentia coronatur. ¶ Jdē super Johā. Est ⁊ mala concordia: est ⁊ bona dissonantia. ¶ Ambro. super Luc. Fuge contentiones/ dissensiones/ strepitus/ tumultus discordie/ ne per portas mortis ingressus intereas. ¶ Jō. Sed nisi prius. s. lib. ij. de beatitudine. ¶ Jsido. de sum. bo. Pax plebis sanitas: gloria sacerdotis: ⁊ patrie letitia: ⁊ terror hostium siue visibiliū siue inuisibiliū. ¶ Jdē. Pax cum bonis ⁊ bellū cū vitijs semper habēdū est: mala siquidē hominum impiorum odio habenda. ¶ Bernar. super Cant. Pacem habete ⁊ vos nolite ledere inuicē: non facto non verbo non signo qualicunq; ne quis forte exacerbatus ⁊ preoccupatus a pusillanimitate spiritus ⁊ tēpestate deum interpellare cogat aduersus eos qui se leserint ⁊ contristauerint: ⁊ prorumpere in verbum gratie contingat: filij matris mee pugnauerunt cōtra me. ¶ Jdem in ser. Nisi in vnitate oppis tuum feceris: deo q̄ vnus est acceptus esse non poteris. Scriptum quippe est. Non est qui faciat bonū: non est vsq; ad vnū. ¶ Jdē Est homo pacatus. s. lib. ij. de patientia. ¶ Jdem. Sunt etiam alij qui si viderint. s. lib. ij. de beatitudine.

¶ De renunciatione. Capitulum. xvij.

O Reg. in dialo. Despiciēdus a nobis hic mūd⁹ foret: etiā si blandiret: si rebus ꝓsperis demulceret animū: at postq; tot flagellis premit: tanta aduersitate fatigat: tot nobis quotidie dolores ingeminat: q̄d nobis aliud q; ne diligatur clamat: ¶ Jdē in home. Fructus mūdi ruina est: ad hoc enim crescit vt cadat: ad hoc germinat vt quod cūq; germinauerit cladib⁹ cōsumat. ¶ Jdem. Si nihil in hoc mūdo amādo possidetis: etiā possidēdo cūcta relinquitis. ¶ Hiero. Licet sparso crine. s. de ꝓpinquitate. lib. iij. ¶ Jsido. de sym. Semp interna quiete frueris: si tēstrepitu terrenarū actionū subtraxeris. ¶ Jdē. Nullus sapientiā. Infra de sapientia. ¶ Johā. Chrysо. super Mat. Sicut difficile est arborē iuxta viā positā fructus suos vsq; ad maturitatē seruare: sic difficile est virū fidelē iuxta istū mūdū viuentē in actibus eius iustitiā immaculatā vsq; ad finē tenere. Recede de via: ⁊ plātare in loco secreto: vt nec mūdus tecū habeat aliq̄d cōmune: nec tu cū mūdo. ¶ Jdē sup Johā. Qui pecuniarū cōcupiscētiā deriserūt: hi maxime sunt q̄ deū vt oportet diligūt. ¶ Augu. in epi. Vincula huius mūdi habēt asperitatē verā: iocunditatē falsam: certū dolorē: incertā voluptatē: durū laborē: timidā quietē: rem plenā miserie: spem brītudinis manē. ¶ Jdē. Quid prodest acquirere i hoc seculo quodlibet tēporale ⁊ transitoriū: siue sit pecunia: siue sit voluptas vētris ⁊ gutturis: siue sit honor in laude humana nōne oia fumus ⁊ ventus: nōne oīa trāseūt ⁊ currūt: ⁊ ve his q̄ heserint trāseuntibus: quoniā simul trāseunt. ¶ Jdē. Utilius terrena opulentia tenet hūiliter: q; supbe relinquit. ¶ Jō. de puia. In oibus volēs aut sua relinquat: aut saltē illa q̄ sine admixtione mali nō sunt administrata: vt merca-

tura ⁊ milicia:⁊ aliaq̃ vtentibus sunt nociua: vt administratiões secularii̇̃ potestatu̇̃:nisi his vtaf ex obedientie licẽtia. ¶ Idẽ. Recedat amor. Infra de gloria. ¶ Bern̄. in epist. Voci dei tui dulcior sup mel ⁊ fauum si prepa ras aurẽ interiorẽ: fuge curã exterio rẽ: vt expedito ⁊ vacãte interno sensu dicas tu cũ Samuele: loquere dñe: q; audit seruus tuus. ¶ Idem. Si sa pis: si habes cor: si tecũ est lumen ocu lor tuor: desine tã ⁊ ea sequi que ⁊ cõ sequi miserũ est. Beatus qui post illa nõ abiit: que possessa onerant: amara inquinãt: amissa cruciãt. ¶ Idẽ. Ge nerositas sanguinis: ꝓceritas corpo ris: forma elegãs: iuuenilis decor: pre dia palatia. immẽsa/ suppellex: infu leq; dignitatu̇̃: adde ⁊ sapientiã mun di: de mũdo sunt hec: ⁊ mũdus quod suũ est diligit: sed quousq; Nõ solum eni nõ semp: vt q̃ nõ semp erit: verum nec diu quidẽ: diu siquidẽ ista i te mũ dus habere nõ poterit: ⁊ tu q̃dẽ ipm in breui nõ habitur⁹. Nã breues dies hois sunt. ¶ Idẽ. Subito procedenti de vmbra ad solẽ: de ocio ad laborem graue cernit omne qđ incipit: sed cũ ab his dissuescere: ⁊ ad illa se paulisp adsuescere ceperit: vsus tollit diffi cultatẽ. inuenitq; facile esse qđ difficile actor putauit. Idẽ. Falleris o fili. s. lib. j. de studẽtibus. ¶ Idẽ. Vi gilias times. Infra de meditatione. ¶ Idẽ. de cõtẽp. Ecce nos reliquim⁹ oia bene optime ⁊ nõ ad inlipientiã tibi. Nã ⁊ mund⁹ trãsit ⁊ concupiscẽ tia ei⁹. ⁊ relinq̃re hec magis expedit: q̃ ab eis relinq. ¶ Idẽ. Secuti sum⁹ te amirum. q; exultauit vt gigas ad currendum viam suam. nec curren tem sequi poteras oneratus sed nec i nutilis commutatio pro eo qui super oia est: oia reliq̃sse. oia sane dixeri: nõ tm̃ possessiones: sz etiã cupiditates: ⁊ eas marie ¶ Idẽ i ꝑ. Cõuolate ad vr bes refugij: vbi positis et de ꝑteritis agere penitẽtiã: ⁊ in presenti obtinere gr̃am: ⁊ futuram gloriam feliciter ꝑ stolari: non vos retardet conscientis peccatorũ: quia vbi illa abundauerit superabundare gratia consueuit: nõ penitentie austeritas ipsa deterreat: neq; enim cõdigne sunt passiones hu ius temporis ad preteritã culpã que remittitur: non ad presentẽ cõsolatio nem que immittitur: nõ ad futuram gloriam q̃ promittitur. ¶ Idẽ. Quid si periclitaretur castitas i delitijs: hu militas in diuitijs: pietas: in negotijs veritas in multiloqo: charitas in hoc nequã seculo: fugite de medio baby lonis: fugite: saluate animas vestras. ¶ Idem. Nihil credentibus impossi bile: nil amantibus difficile: nil aspe rum mitibus: nil humilibus arduum reperit: q̃bus ⁊ gratia cõfert auxiliũ: ⁊ obediendi deuotio lenit imperium.

¶ De solitudine. Ca.xviij

Orego. in moral. Qui morti ficare se appetit: valde ad i uentã requiem contempla tionis hilarescit: vt exterius mũdo la teat: ⁊ cunctis exteriorum rerum per turbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. ¶ Idem. Prodest solitudo corporis si solitudo est mentis. Quid prodest solitudo corporis si solitudo defuerit cordis? Qui enī corpore remotus viuit: sed tumultib⁹ conuersationis humane terrenorum desideriorum cogitatiõe se inserit: nõ est i solitudine. Si vero prematur ali quis corporaliter populorib⁹ turbis ⁊ tamẽ nullos secularium tumultus in corde patiat: nõ est in vrbe. ¶ Idẽ. Quelibet occulta. s. lib. ij. de gratia. ¶ Idem. Vos qui viam. Infra de re ligione. ¶ Hieron⁹. in epist. Mihi oppidũ carcer est: ⁊ solitudo paradi sus. ¶ Idẽ. Infinita vastitas heremi terret: sed in paradisum mente deam bula: quotiẽs illuc mente conscende ris: totiens in heremo nõ eris. ¶ Idẽ. Hospitiolum tuum aut raro aut nũ q̃ mulierũ pedes terant: omnes puel las ⁊ virgines Christi aut equaliter ignora aut equaliter dilige. ¶ Idem. Bonus honor in ecclesia ii a consortio

clericorum longe sint femine/monachum vel clericum solitudo facit non publicum. ¶ Augustꝰ. de singu. cleri. Strages pessime conuersationis nemo prosternit/nemo calcat/nemo funestat/nisi singularitas castitas sola: q̃ minime inuictum est sanctimonie: ꝛ expugnatio fortis infamie: fortitudinis firmitas: ꝛ lasciuie petulãtis infirmitas: probitatis presidium: ꝛ improbitatis excidium: anime victoria ꝛ corporis preda: vbertas gratiarum ꝛ captiuitas criminum. ¶ Idem. Nõ est sine filijs cum claritate: nisi singularitas sola: quam non solum cõcupiscentia sua nullis sordibus maculat: sed etiam nulle opiniones suspecte pariitatis infamãt. Nam si castitas qõ est difficile masculum ꝛ feminam pariter in virginitate conseruet: non habet claritatem: quoniam cõmunitas ipa non potest nisi quibusdam probrositatum tenebris obscurari. ¶ Bern̄. in epistola. Cum quo deus est nunq̃ minus est solus: q̃ cum solus est: tũc enim libere fruitur gaudio suo: tunc ipse suus est: ibi ad fruẽdum deo in se ꝛ se in deo: tunc in luce veritatis ꝛ in sereno mundi cordis: vltro patet sibi pura conscientia: ꝛ libere se infundit de deo memoria: ꝛ illuminatur intellectus: ꝛ bono suo fruitur affectus: vt libere seipsum deflet humane fragilitatis defectus. ¶ Idem super Cant. Solus es si non communia cogites: si non affectes presentia: si despicias quod multi suspiciunt: si fastidias qõ omnes desiderãt: si iurgia deuites: si damna non sentias: si non recorderis iniuriarum: alioquin nec si solus corpore es: solus es. ¶ Cassio. de aĩa. Minima turba vitioꝝ sine certamie vincit q̃ solitudo gratie suffragat. ¶ Sen̄. in epi. Subducẽd̃ est a pplo animꝰ tener ꝛ parum tenax recti: facile trãsitur ad plures: et Socrati et Platoni ꝛ Lelio exercere morem suum dissimilis multitudo potuisset.

¶ De religione. Cap. xix.

¶ Reg. in regist. Vos qui viã vite extra hominũ frequentiam ducitis: tanto maiora certamina pati necesse est: quanto ad vos ipse magister tentationũ accedit ¶ Idem. Melius est de ouili dominico morbosam ouẽ eijcere: q̃ vnius vitio sanas amittere. ¶ Idẽ Cura est solicitudinis abhibenda: vt ea que pro quiete religiose cõuersationis fuerunt ordinata: nec dissimulatio negligere: nec quidẽ valeat presumptio perturbare. ¶ Idẽ. Multi sunt q̃ possunt religiosam vitã etiã cũ seculari habitu ducere: ꝛ plerique sunt q̃ nisi oĩa reliquerint: saluari apud deũ nullaten? possunt. ¶ Idẽ. Religiosam vitam eligentibus cõgrua nos oportet cõsideratione prospicere: ne cuiusdã necessitatis occasio aut desides faciat aut robur qõ absit conuersationis infringat. ¶ Idẽ. Sicut studũ nostri est a litigijs forensibus monachos submouere vt diuinis ministerijs pie ac solerter inuigilent: ita necesse est nostra p uisione quẽadmodũ negotia eorũ disponi debeãt ordinare: ne distẽta mẽs per varias causarum curas effluat: ꝛ ad celebrandũ opus cõsuetũ enerua ta torpescat. ¶ Isido. in etymo. Religio appellata est: eo q̃ p eã vni deo religem? aĩas nostras ad cultũ diuinũ vinculo seruiendi. ¶ Augu. de eccle. dog. Secreta satisfactiõe solui crimina nõ negamus: ꝛ mutato prius seculari habitu: ꝛ pfesso religionis studio p vite correctionẽ: ꝛ iugi immo perpetuo luctu miserante deo: ita dũtaxat vt cõtraria pro his que penitet agat. ¶ Idẽ de quãtitate aĩe. Oibus subuẽtum velle debemus etiã qui nos lesserunt: aut ledere/aut omnino ledi volunt: hec est vera/hec pfecta/hec sola religio. ¶ Idẽ. Est religio vera: q̃ se vni deo aĩa vnde se pctõ velut abrupera: recõciliatiõe religat. ¶ Idẽ. Nullo mõ decet. s. de exercitio. ¶ Idem. Non debẽt velle omnes q̃ paucos videt amplius nõ q̃ honorarĩ sed quia tolerarĩ accipere: ne contingat dete-

standa peruersitas vt in monasterio: vbi quātū possunt fiunt diuites laboriosi:fiāt pauperes delicati.¶Idē.Melior est q̄ q̄uis.S.li.j.Ō ira ¶Ambr. in epist.Preferenda est religio necessitudini/pietas propinquitati/ea est enim vera pietas que preponit diuina hūanis:ppetua tēporalib⁹. ¶Joh. Chrysо.sup Mat. Fides nunq̄ senescit:z religio fatigationem nō sentit. ¶Bernar.de conside. Nos in monasterijs recipimus oēs spe meliorandi at curia bonos facili⁹ recipere:q̄ facere cōsuevit.¶Idē in epla. Ubi nō timet reprehēsor:securius accedit tētator:licentius perpetrat iniquitas. In cōuentu vero bona si qua facis nemo prohibet:malum aūt facere si vis nō licet:mox enī a pluribus cōperit; arguit:emendat:sicut econtrario bonū cū omnes vident mirant/venerātur. imitant.¶Idē. Ordo noster.S. lib.j.de monachis bonis.¶Idē. Moriēs vir vnq̄ aliq̄s a cella in infernū descendit:quia vir vnq̄ nisi celo predestinatus in ea vsq̄ ad mortē psistit. ¶Idē Experto credite:quia hec via quāto artior/quāto molestior videt in ingressu, tāto latior/tāto iocūdior inuenit in progressu.¶Idē.Qui debitorē.S.li.j.Ō religiosis malis.¶Idē in ser.Qui est i mūdo fugiat ad claustrū negotiaturus:z q̄ in claustro est non dormitet nec torpescat p accidiā tāq̄ piger seruus z nequā: vita enim cōfert meritū:locus nō facit beatum ¶Idē.Minus damnabile est in seculo perire/q̄ in monasterio.¶Idē. Felix domus z beata semp cōgregatio: vbi de Maria q̄querit Martha. Nā mariā marthe emulari:indignū prorsus est.¶Idē.Regio australis ē claustrum vel heremus:in quo Christus suos abscōdit a cōtradictione linguarū:postmodū admixturus consortio angelorū.¶Idē.Claustralis paradisus ad suauē spirantis austri clementiā quasi tot floribus vernat:quot virtutibus abundat.¶Idē.Sicut bonū noscere:sic z velle solum perfecta religio vel religiosa perfectio est. ¶Idē. Nihil sic horrēdum vt murmur z dissensio in congregatione.

¶De sufficientia. Ca.xx.

ORego.in mora.Nō delectemur exenijs.¶Idē in mora lib⁹.Mira securitas est cordis aliena nō querere:z vniuscuiusq̄ diei sufficientia cōtentū manere:ex q̄ videlicet securitate z perennis requies nascit:q̄a bona z trāquilla cogitatione ad gaudia eterna transit.¶Idem sup Exo.Qui alimentor⁹ inopiā sine murmuratione tolerat:nec p necessitate victus agit aliq̄d:vñ aia pcti laqueū incurrat:scit esurire.¶Idē.Ille pauper est qui eget eo q̄ nō habet: nā z qui nō habens habere non appetit diues est:pauptas q̄ppe in inopia mentis est:nō in quantitate possessionis.¶Idē. Discamus esurire:vt nobis p̄pter abundātiā sequētē/nostra hic inopia placeat:nec nos vēturis necessitas ad culpā trahat:nec peccatū menti indigentia suggerat. ¶Augu. de sol. Siue de cibo siue ō potu siue de balneis/ceteraq̄ corpori voluptate:nihil interroges:im ab eo peto quā tū valitudini epē p̄ferre pōt.¶Idē ō vita btā.Nulli⁹ pfect⁹ aliq̄ eget, z q̄ videt corpi necessariū sumet si affuerit si nō affuerit nō cū istar rerū frangit inopia.oīs nāq̄ sapiēs fortē.¶Idē ō p̄fa relig.Quē delectat libertas ab amore mutabiliū rerū liber esse appetat.z quē regnare delectat vni oīm regnatori do subdit⁹ adhereat. ¶Ber. i epi.Surge/p̄cingere, tolle ocīū/exerevires. n oue brachia, p̄plosas explica man⁹/exercitare i aliq̄;z flati senties sola te appetere q̄ famē tollāt, nō fauces demulceant redde q̄dē sapores cibis exercitiū, q̄s tulit iertia miḱta, q̄ respuis ocios⁹ post laborē sumes vl̄ desiderio. ¶Sen.i epi.Magni aī est magna p̄tenere ac mediocria malle q̄ nimia illa ei vitalia vtilia q̄ sūt. at hec ce g̃ si p̄fluunt nocent.sic segetem nimia sternit vbertas/z ramo ne

re franguntur. ¶ Glo. Mat. iij. Perfecta humilitas. ſ. c. de humilitate.

¶ De cõmunitate. Ca. xxj.

OReg. in regiſ. Nullus veſtrũ neglecta vtilitate communi ſuo lucro pſpiciat. ¶ Idem. Si me participem opatio nõ facit laboris veſtri me participẽ charitas facit: qz ſicut exiſtimo bonum ꝓprii etiam ocioſo cõmune fit: qui de alterius actibus gaudere cõiter ſcit. ¶ Idem. Beliꝰ ẽ de ouili. ſ. de religiõe. ¶ Idẽ Sũma militie. ſ. li. j. de milit. ¶ Idẽ in mora. Pro qualitate audiẽtiũ formari dꝫ ſermo doctorum: vt z ad ſua ſingulis congruat: z tamẽ a cõmunis edificatiõis arte nũq̃ recedat. ¶ Johan. Chryſoſt. in ſer. Omne quod noſtrum eſt tunc magis noſtrũ erit: ſi ſit nobis commune cum fratribꝰ. ¶ Idẽ ſuper Johã. Qualiter eſt imitatores fieri Chriſti ad cõem vtilitatẽ omnia negociantes: z non q̃ noſtra ſunt querentes. ¶ Ambro. de offi. Sic deꝰ generari iuſſit omnia vt partus omnibꝰ ꝓmunis eſſet: z terra foret' oĩm quedã cõmunis poſſeſſio. Natura ergo ius cõe generauit: vſurpatio ius fecit priuatum. ¶ Idem. Qui perfecte ſapit: neſcit ſua ſpectare cõmoda. ſed ad illud' quod eternum eſt: quod decorum atq̃ honeſtum: toto affectu intendit. querens nõ quod ſibi vtile ẽ: ſed quod omnibus. ¶ Idem. Nihil iudicandũ vtile: niſi quod in commune ꝓſit. quomodo enĩ poteſt vni ꝓdeſſe quod omnibus nocet? Nihi crede: non videt qui inutilis eſt omnibus ſibi vtilis eſſe poſſe. ¶ Idem. Nõ ſit affectatus. ſ. de ſimplicitate. ¶ Idem ſuper Luc. Verum eſt cauſam iopie noſtre videri auaritiam. etenim volatilibus celi idcirco ſine labore pabuli vſus erubescat: q fructus ſibi communẽ ad eſcã datos ſpeciali quodam neſciunt vendicare dominatu. ¶ Idem. Qui iuſtꝰ eſt non negat quod eſt ad vſum omnibus communiter datum. ¶ Aug. ſuper actꝰ apoſtolorꝫ. Melior eſt fraternitas Chriſti fraternitate ſanguinis. fraternitas ſanguinis interdũ ſibi inimica eſt. Chriſti autem fraternitas ſine intermiſſione pacifica eſt. illa inter ſe cõmunia diuidit enim emulatione. hec autem ſua cõmunicat cum gratulatione. ¶ Idẽ in regula. Omnia opera veſtra in vnum fiant maiori ſtudio z frequẽtiori alacritate q̃ ſi vobis ſingulis feceritis ꝓpria. charitas enĩ de qua ſcriptum eſt nõ querit q̃ ſua ſunt: ſic intelligit: qz cõmunia ꝓprijs: non ꝓpria cõmunibus antepoñt. z iõ q̃to amplius rem ꝓmunem q̃ ꝓpria veſtra curaueritis: tanto vos amplius ꝓficere noueritis. ¶ Bernar. de conſidera. Querit inter diſpẽſatores vt fidelis quis inueniat: vbi neceſſitas vrget excuſabilis diſpenſatio eſt. vbi vtilitas ꝓuocat diſpẽſatio laudabilẽ vtilitas dico communis: non propria Nam cum nihil horum eſt: non plane fidelis diſpenſatio: ſed crudelis diſpẽſatio eſt. ¶ Idem de. xij. gra. Singularis ad omnia ſua ſtrennuus: ad cõmunia piger. vigilat i lecto: dormit i choro. ¶ Idem. Obſeruandus eſt. ſ. li. ij. de continẽtia guſtus. ¶ Idem in ſer. Dominus cõmuni diſciplina: cõmuni vita: cõibus ſtudijs delectat. Vſq̃q miſer diuerticula captas z cõſolationes ꝓprie voluntatis tanto labore queritas: tanto rubore mendicas? et quid faciam inquis? eĩce ancillam et filium eius. ¶ Beda in glo. actuum. iij. Qui ita viuunt vt ſint omnia cõmunia i dño cenobite vocant. que vita tanto felicior eſt: q̃to ſtatum ſeculi futuri imitat. vbi omnia cõmunia. qz deus eſt omnia i omnibus: z quia ibi ſumma pax z ſecuritas: ciuitas i qua typus huius vite pceſſit hieruſalẽ. i. viſio pacis dicta eſt. ¶ Señ. i epiſto. Non põt quiſq̃ beate degere: q ſe tm intuet: qui omnia ad vtilitates ſuas quertit: alteri viuas oportet ſi tibi vis viuere. ¶ Idem. In hoc gaudeo aliquid dicere vt doceã: nec me vlla res delectabit: licet ſit eximia z ſalutaris quam mihi vni ſciturus ſum. ¶ Idem

in puer. Quietissime viuerēt hoīes: si duo verba tollerent meum ⁊ tuum.

De societate. Cap.xxij.

OReg.in mora. Hoc vniuscuiusq; esse ꝓprium solet: vt q̄lis ipse fuerit: tales sibi coniungi ⁊ alios velit: vt diuersitatem vite refugiat: atq; hoc imitandum imꝑmat qđ amat. ¶ Idem. Sicut grauioris culpe est inter bonos non esse bonum. ita immensi ē ꝑconij bonū etiam inter malos extitisse. ¶ Idem. Cum i itinere comes iungit: via quidem nō detrahit: sed tñ de societate comitis labor itineris leuiat. ¶ Idem sup Eze. Qui sancto viro adheret: ex eius assiduitate visionis: vsu locutionis: exemplo operis accipit: vt accendat i amorem veritatis. peccatoꝝ suorum tenebras fugiat: in desiderio lucis ertarde scat. ¶ Idem in regis. Qui assistūt iudicibus: ⁊ sinceris erga eos dilectiōibus astringuntur: illa eis suadere debēt atq; suggerere q̄ ⁊ aiam saluāt: ⁊ opinioni non derogāt. ¶ Aug. i epla Si pauper tas angit: si luctus mestificat. si dolor corporis iqetat: si vlla calamitas vexat: assint boni homines: q̄ non solum gaudere cum gaudētibus: verū etiam flere cū flentibus nouerunt. ⁊ salubriter alloq; ⁊ colloqui sciunt. ꝑ hos plurimum illa aspera leniunt: releuant grauia superantur aduersa. ¶ Isi. de sum. bo. Tenenda est cū sanctis viris vnitas charitatis: ⁊ q̄tum se quisq; subtrahit mundo: tanto opꝰ est vt se associet bonoꝝ ꝑsortio. ¶ Idē in syno. Bonoꝝ societatem require: si fueris socius cōuersationis: eris ⁊ virtutis coꝝ. ¶ Amb. de offi. Vt equalium vsus dulcior. ita senium tutior est qui magisterio quodam ⁊ ductu vite colorat mores adolescentium: ⁊ velut murice ꝓbatis inserit. ¶ Ber. de cōside. interest gloríe sanctitatis tue. vt q̄s pre oculis habes: ita ordinati sint: ita informati: q̄tenꝰ totiꝰ honestatis ⁊ ordinis ipi sint speculū ipi sint forma. ¶ Idē. Ne te dixeris sanū dolēte ē latera. hoc ē ne te dixeris bonū malis intentem. ¶ Idem in epi. Inter bonos bonum esse salutem hz. iter malos vero ⁊ laudem. illud tante felicitatis ē: q̄te est securitatis. hoc tante virtutis q̄te ⁊ difficultatis. quale nempe est illud tangere picem ⁊ nō inquinari ab ea. in igne sine lesione versari. ¶ Idē. Omnia fac cum cōsilio: nec tñ omniū aut quoꝝcumq;. sed tantū bonoꝝ. bonos in consilio: bonos in obsequio: ⁊ bonos habeas cōtubernales: qui vite ⁊ honestatis tue custodes sint: ⁊ testes. ¶ Idem. Omnes iuxta domini p̄ceptum etiam inimici diligant: ⁊ ad consilium soli eligantur qui ⁊ prudentes esse videant ⁊ benivoli. ¶ Idem. Vbi non timet. s. de religiōe. ¶ Sene. in epi. Nulli? boni sine socio iocunda possessio est. ¶ Idem. Cum his cōuersare q̄ te meliorem facturi sunt: illos tecū admitte quos tu poteris meliores facere: mutuo ista fiūt: ⁊ homines dum docent discunt.

De bonitate. Ca.xxiij.

ORego.in mora. Omne bonū qđ agimus: per ītentionem semper ad celestia leuemus ¶ Idem. Illi veraciter boni sunt: q̄ in bonitate ꝑsistere etiā inter malos possunt. ¶ Idem. Quantum vos in bono perfeciſtis: tantū bona etiam de alijs sentitis. ¶ Idem. Bona deo accepta non sunt: q̄ ante oculos eiꝰ malox admixtione maculant. ¶ Idem. Bona que hominibus innotescunt: sine periculo vix esse possunt. ¶ Idem in dialog. Multa videt bona: sed non sunt: quia bono animo non fiunt. ¶ Idem. Vite vera estimatio in virtute est operum. non in ostensione signoꝝ. Nā sunt plerīq; qui ⁊ signa nō faciunt. signa tñ facientibus dispares non sunt. ¶ Idem sup Ezech. Bonum valde est qđ iustꝰ tribuit: q̄ñ male agentibus libera voce cōtradicit. ¶ Idem in regi. Bonarum mentium est ⁊ ibi aliquo mō culpas suas agnoscere vbi culpa nō est. ¶ Idem. Vestrum sine dubio bonum

facitis:si bona volētibus opem fertis
¶Augu. de verbis dñi. Potes aurū perdere ⁊ nolens:potes domū:potes honores:potes ipsam casu salutē:bonum vero quo vere bonus es nec inuitus amittis.¶Idem in epla. Quis ē in hac vita sine aliquo peccato:sed eū dicimus bonum cuius ꝑualent bona illumq; optimū qui peccat minimum ¶Idem de natura boni. Et omne bonū a deo est.omnis ergo natura a deo est.¶Idem. Omnia q̄sto magis moderata:speciosa:ordinata sunt.tanto magis bona sunt. q̄sto autē minus moderata:minus speciosa.minus ordinata sunt:minus bona sunt.¶Idem de virgini. Aliq̄n alter fructuose est donis pauciorib⁹:sed potiorib⁹:alter ifeliorib⁹:sed pluribus.¶Idem de libarbi. Bonum est aliquod homo ⁊ melius q̄ pecus:ex eo q̄ ꝑcepti capax.⁊ hoc melius cum ꝑceptum iam cepit:rursum hoc meli⁹ cū precepto paruit ⁊ his omnib⁹ melius cū eterne lumie sapientie beatus est.¶Johā. Chry. de militia christiana. Non agamus si imilem infidelibus vitam sed a quibus fide discernimus ab eorū studijs etiā ⁊ moribus diuidamus.¶Idem ī ser. Pietati hoc ꝓpriū est:vt in tenebris fulgeat. impietas autem etsi in lumine fuerit tenebrescit.¶Ber. in epla. Minime ꝑ certo est bonus: qui melior esse non vult. ⁊ vbi incipis nolle fieri melior.ibi desinis etiam esse bonus ¶Idem super can. Non mediocris titulus ꝓfecto virtutis inter prauos viuere bonum ⁊ inter malignantes innocentie retinere candorem ⁊ morum leuitatem.¶Sene. in epla. Tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas.queris que sit ista:nō hominem timere:non turpia velle:nec nimia.in seipsum maximā habere potestatem iestimabilem bonum est suū fieri.¶Idem. Nulla sine deo mēs bona est.¶Idem. Pars magna bonitatis est velle fieri bonum.¶Idem. Animus nunq̄ maior est q̄ vbi aliena seposuit:⁊ fecit sibi pacem nil timendo fecit sibi diuitias nihil ꝯcupiscendo.

¶De desiderio. Ca. xxiiij.

¶Reg. in moral. Sepe nostra desideria:quia celeriter nō fiunt exaudiuntur:⁊ q̄ impleri concite petimus ex ipsa melius tarditate ꝓsperatur.¶Idem. Valentiores voces apd̄ sacratissimas aures dei non faciunt verba nostra:sed desideria.¶Idem. Differre solet omnipotens deus desideria petentium vt crescant quatenus ex eo magis exaudiā tur ad meritum quo citius non exaudiunt ad votum.¶Idem. Quisquis in solo eternitat; desiderio figitur nec ꝓsperitate attollit: nec aduersitate quassat. dum nil habet in mundo q̄ appetat nil est de mundo quod pertimescat.¶Idem super Eccch. Vulnerata charitate ego sum:mala salus ē cordis quod dolorem huius vulneris nescit: cum vero anhelare ī celesti desiderio iam ⁊ sentire vuln⁹ amoris ceperit.fit anima salubrior ex vulnere:q̄ prius egrotabat ex salute.¶Idem in hom. Sancta desideria dilatiōe crescunt.si autem dilatione deficiunt desideria non fuerunt.¶Idem. Augēt spirituales delicie desiderium in mēte dum satiant. q; q̄sto magis earum sapor percipit:eo amplius cognoscit quod auidi⁹ amet.¶Idem. Hic possunt ⁊ iusti bona:nec tn̄ hec in recompensatiōe recipere.q; dum meliora.i. eterna appetunt:eorum iudicio quelibet bona que hic affuerunt:cum sanctis desideris estuāt bona minime vident.¶Aug. in epi. Dr dicit apostolus. sine intermissione orate: quid est aliud:q̄sto beatam vitā q̄ nulla nisi eterna est ab eo: q̄ illam dare solus pōt sine intermissione desiderare:⁊ semper hanc a dño deo desiderem⁹:⁊ semper oremus.¶Idē. Tanto illi⁹ qd valde magnū est qd nec oculus vidit:qr non est color. nec auris audiuit: qr nō est son⁹. nec in cor hois ascēdit:qr cor hominis illuc dr ascendere:summus capacius:q̄sto id quod fidelius credimus

ꝛ speramus firmius:ꝛ desideram⁹ ardentius. ¶ Idem. Diu orare cū vacat id est cū alia bonarū ꝛ necessariarum actionū non impediunt officia: ꝙuis ꝛ in eis desiderio semp orandū sit:non est improbū nec iutile. neꝙ enī(vt nō nulli putant,hoc est orare:in multiloquio si diu⁹ oretur. ¶ Idē. Dicit usalē futurā desideram⁹ vtiqꝫ:ꝛ ꝙto ipa tīctius desideramus ipsam:tanto patientius sustinemus oia ꝓpter ipsam ¶ Idem de patīctia. Vis desiderioꝝ facit tolerāti ā labozꝝ ꝛ dolozꝝ:ꝛ nemo nisi ꝓ eo qō delectat spēte suscipit ferre qō cruciat. ¶ Idē de pnīa. Nemo vitam eternam incozruptibilē immortalemꝙ desiderat: nisi cū huius vite tpalis:cozruptibilis:mortalisꝙ penitet. ¶ Idē in medita. Q̄ si venies cōsolator meus quē expecto:osi qñ videbo gaudiū meū quod desidero:osi satiabor cū apparuerit gloria eius quā esurio:osi inebriabor ab vbertate domus tue ad quā suspiro:. ¶ Idem de verbis dñi. Seruat tibi deus qō non vult cito dare: vt et tu discas magna magne desiderare. ¶ Johā. Chrysos. super Johā. Sicut ex ocio desidia gignit.ita ex actione desiderium generatur. ¶ Bernū. super can. Accepi fateor meritis potiora:sed ꝓfusis iferiora votis. ¶ Idē. Subtractio rei quā amas augmentatio desideriȝ est: ꝛ qō ardēti⁹ desideras carcs egri⁹. ¶ Idē. Oportet vt sancti desideriȝ ardor ꝓueniat faciem dei ad omnem aiam ad quam est ipse venturus:ꝙ omnem cōsumat rubiginē vicioꝝ. ꝛ sic apparat locum. ꝛ tūc sit anima ꝙ iuxta est dominus cū sese senserit igne illo succensam. ¶ Idem super illud. Nolite cōsi. ꝛc. Orientis solis instar. s. li. iij. de dilatione. ¶ Idem. Modicum ꝛ non videbitis me. o modicum longum. pie domine modicum dicis. ꝙ non videmus te(saluum fit verbū domini mei) longum est ꝛ multum valde. veruntamen vtrumꝙ verum: ꝛ modicum meritis:ꝛ longum votis. ¶ Idem in epistol. Sicut fides ducit ad plenam cognitionem: sic desiderū ad perfectā dilectionem. ꝛ sic dicitur. nisi credideritis non intelligetis. sic dici eque nō absurde potest:si non desideraueritis non perfecte amabitis. ¶ Auctor de spiritu ꝛ anima. Anima ꝓ odium mūdi ꝛ sui proficit in amorem dei ꝛ proxīmi. ꝛ per contemptum tempozaliū ꝛ inferiozum crescit in desiderū eternozū ꝛ superiozum. ¶ Glo. ps. xxxvij Desiderium est orare.nec vnqꝫ desinit orare:qui non desinit amare charitas enim clamor est.

¶ De feruore. Capi.xxv.

ORego.in mora. Sepe electorum conuersio plus fundēdo peragit ꝙ inchoando ꝓ ponit.etsi tepidi⁹ prima inchoat:feruentius extrema consummat.videlȝ semper inchoare se estimat:ꝛ idcirco infatigabiliter in nouitate ꝑdurat. ¶ Idē de quos fortasse despicimus:ꝛ tarde possunt incipere:ꝛ tamen vitā nostrā feruentioribus studijs anteire. ¶ Idē super Ezechiel. Mens in qua anima per amorem inuisibili spōso iungitur: nullam presentis secuti cōsolationem recipit:sed ad illam quam diligit medullitus suspirat:feruet:anhelat:auxiatur. vilis ei fit sal⁹ sui corporis: qz transfixa est vulnere amoris. ¶ Idem Nisi mētis intentio feruerit:vnda mūdi non vincitur per quam semper anima ad ima reuocatur. ¶ Idem. Esse nobis. Supra libro tertio. de morte. ¶ Idem. Tanto hostis. Supra libro primo de demonibus. ¶ Augustin⁹. Tanto illius. Supra de desiderio. ¶ Idem. Absit ab oratione. Supra libro secundo. de oratione accepta. ¶ Bernardus super Cantico. Virtus discretionis absꝙ charitatis feruore iacet.et feruor vehemens absꝙ discretionis temperamento precipitat. ¶ Idem. Feruorem nouicioꝝ. Supra li. j. de nouicijs. ¶ Idē in ser. Si ꝙs deuot⁹:si ꝙs sollicitus est.si ꝙs spū feruens: caueat sibi ne suis fidat meritȝ:ne suis opib⁹ innitatur:alioqn

nec huiusmodi animū intrat gratia: nimirū plenus est: nec in eo iam inuenit gratia locū sibi. ¶ Idē. Opera nostra in feruore agenda sunt: z desiderio cordis vt sint lucerne ardentes in manibus nostris. ¶ Idem de cōtem. Tu si videris hominē in bonis operibus strēnuum: z feruore conuersationis hilarem: viuere in eo fidem ne dubites: indubia tenens vite illius argumenta: sed nonnulli cum spiritu ceperint: heu carne cōsummant. ¶ Idem. Vt vigoris esse dinoscit nequaq̄ cedere tribulationi: sed pro iustitia tribulationē sustinere: sic feruori videt attribuendum: nullis capi voluptatibus: nullis illecebris eneruari.

¶ De meditatiōe. ca. xxvj.

Greg. in mora. Solerter animus ante actionis sue p̄mordia cūcta debet aduersa meditari: vt semper hec cogitans: semp cōtra hec thorace patientie munitus quicq̄d accesserit lucrū puter. ¶ Idē Vita nostra dū lachrymis lauat: dū bonis operib⁹ exercetur: sanctis meditationibus tenditur: ad nouitatem suam sine cessatione reparatur. ¶ Ie. in regi. Stude queso: z quotidie creatoris tui verba meditare: discе cor dei in verbis dei: vt ad eterna suspires: vt mens tua ad celestia gaudia maioribus desideriis accendatur: tanto enī tunc maior ei erit requies: quāto modo ab amore p̄ditoris sui requies nulla fuerit. ¶ Idem in homel. Meditet mēs in proximo: q̄ exhibeat deo gaudere cum proximo. ¶ Isido. de sum. bono. Omnis profectus ex lectione z meditatione procedit: que enim nescimus lectione discimus: meditationibus conseruamus. ¶ Idem in etym. Philosophia est meditatio mortis: quod magis cōuenit christianis: qui seculi ambitione calcata: conuersatione disciplinali similitudine future vite viuunt. ¶ Auzu. de medita. Quāto magis homo mala sua intelligit: tāto amplius suspirat z gemit. Meditatio siquidem parit scientiā: scientia cōpunctionem/ cōpunctio deuotionem/ deuotio cōmendat orationē. ¶ Idem Cōsidera o homo quid tibi erat: z q̄d tibi factum sit: z pensa qui tibi hoc fecit: quāto amore dignus sit. ¶ Idē de virgini. Virginalis integritas: z per piam continentiā ab omni cōcubitu imunitas: angelica portio est: z in carne corruptibili incorruptionis perpetue meditatio: cedat huic omnis fecūditas carnis: omnis pudicitia conugalis. ¶ Idem de cōflictu. Auaritie morbus nunq̄ melius cōpescit: nisi cum dies mortis sine oblitione meditatur. ¶ Basilius in regula. Tunc auiditate celesti anima flagrās Christi amori copulatur cum in terris degens de celestibus z supernis iugiter meditatur. ¶ Bernar. super Canti. Quid tam efficax ad curandum conscientie vulnera: necnon ad purgandam mētis aciem: q̄ vulnerum Christi sedula meditatio. ¶ Idem in epist. Vigilias times z ieiunia: manuumq̄ laborem: sed hec leuia sunt meditanti flāmas perpetuas recordatio deinde tenebrarum exterior facit non horrere solitudinem: si futurā cogitas deinde ociosis discussionem: nō valde displicebit silentiū: fletus eternus z stridor ille dentiū ante cordis oculos reductus: pares tibi reddet z mattam z 'culcitram. ¶ Idem. Iuge silētium et ab omni strepitu secularīū perpetua quies: cogit celestia meditari. ¶ Glo. Iere. lib. Egredimini z̄c. Non debemus in desideriis carnis mollescere: z segnes in bono esse: sed in meditatione legis z exercitio virtutū strennui. ¶ Auctor de spū z aīa. Meditatio siquidē parit scientiā. s. in eodē. ¶ Idē Meditatio est occulte veritatis studiosa inuestigatio: ꝓtemplatio est perspicue veritatis iocunda admiratio. Illam itaq̄ diuina reuelatio illuminat vt veritatem cognoscat: istam diuina inspiratio inflammat vt eam diligat. ¶ Seneca in episto. Nihil est tam difficile z arduum quod huma-

na mens non vincat:ꝛ in familiaritatē perducat assidua meditatio.¶ Jō. Hoc q̄tidie meditare vt possis equo animo vitam relinquere.

¶De ascēsione spirituali. Capitulum.xxvij.

ORego.in home. In cunctis que agitis radicē boni operis humilitatem tenete:nec quibus iam superiores:sed q̄bus adhuc iferiores estis aspicite:vt dū meliora vobis exempla ꝓponitis ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.¶ Jdē in regist. Tāto veri⁹ intus ascendērē:quāto ꝑ conuallē lachrymarū fortis humilius iacerē: ac nunc multū me deprimit honor onerosus.¶ Jsid. de sum.bo. Qui prius in actiua proficit:ad contemplationē bene ascēdit:merito enī in ista sustollitur q̄ in illa vtilis inuenitur. Bernī. in epi. Multo facilius reperies multos seculares conuerti ad bonum:q̄ vnumquemptā de religiosis transire ad melius.rarissima auis ī terris est: q̄ de gradu quem forte in religione semel attigerit vel parū ascēdat.¶ Jdē Qui ascensiones in corde suo disponunt:qui de virtute in virtutem eunt videre deū deorū in syon:eo facilius merentur in retributiōe:quo summo bono familiarius adherere studuerunt puriori conuersationis ordine.¶ Jdē Aut ascendas necesse est aut descendas:si attendas stare ruas necesse est ¶ Jdem.Ab exterioribus. s.lib.ij.de intelligentia:¶ Jdē de amore dei.Cogitationes/ intentiones/voluntates/ affectiones/ꝛ oīa interiora mea:venite ascendamus in montem:vbi dīs videt vel videtur:cure sollicitudines anxietates pene seruitutes expectate me hic cum asino corpore isto:donec ego cum puero:ratio scilicet cum intelligentia vsq̄ illuc properātes reuertamur ad vos:reuertemur enim ꝛ heu reuertemur q̄cito. ¶ Jdem in ser.Scienti legem ꝛ non facienti peccatum est illi:propterea sciēs quis in oratione datur bona voluntas cū videris que agenda sunt:vt cōualescas ad agendū que videris:ascende tu ad orationem/ora instanter/ora perseueranter.¶ Jdem.Sub te sit appetitus tuus:ꝛ tu domineris illius.nam vt in celum ascēdas prius necesse est leuare te super te carnalia calcando desideria:que in te militant aduersum te ¶ Jdē.Perseuerate i disciplina quā suscepistis:vt per humilitatē ad sublimitatē ascendatis:quia hec est via et nō est alia preter ipsam:qui aliter vadit:cadit potius q̄ ascēdit:q̄ sola est humilitas que exaltat:sola que ducit ad vitā.¶ Auctor ō spū ꝛ aia. Quia bona exteriora diu stare non possunt: iussus est homo ab exterioribus ad interiora redire:ꝛ ab interioribus ad superiora ascēdere:tante enī dignitatis est humana cōditio:vt nullū bonum preter summū ei sufficere possit.¶ Jō Qui interius intrans:ꝛ intrinsecus penetrans seipsum transcendit:ille veraciter ad deum ascēdit.¶ Anse.de similitu. Tria necessaria sunt ascēdēti innocentia beneficiū/prelatio. Jnocētia talis eē debet vt nulli noceat Beneficium/ vt omnibus prosit. Prelatio vt se omnibus inferiorem iudicet. Unde apostol⁹. In humilitate superiores inuicē arbitrātes. Hec tria debet vnusquisq̄ alijs impendere:et nihil horum sibi fieri ex debito exigere.¶ Jdem.Alterius virtutē non vitium:suumq̄ vitium non virtutem attendere debet quisquis ad culmē humilitatis ascendere studet.

¶De contemplatione. Capitulum.xxviij.

OReg.sup Ezech. Cōtemplatiua vita est charitatē quidem dei ꝛ proximi tota mēte retinere:ab exteriori actione quiescere:soli desiderio conditoris inhere re:vt nihil iam agere libeat:sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris animꝰ inardescat: ita vt iam nouerit carnis incorrupti-

bilis pondus cum merore portare: totisq; desiderijs appetere illis hymnidicis angelorum choris interesse: admisceri celestibus ciuibus: de eterna spe in conspectu dei ⁊ incorruptione gaudere. ¶ Idem. Primus contẽplationis gradus est vt mens se ad se colligat. Secundus: vt videat qualis est collecta. Tertius: vt sup semetipsam surgat: ac se contemplationi auctoris inuisibilis intendendo subijciat. Sed se ad se nullo modo colligit: nisi prius didicerit terrenarum fantasmata ab oculis mentis compescere: quicquid de visu/quicquid de auditu/quicqd de odoratu/quicquid de tactu ⁊ gustu corporeo cogitationi eius occurrerit respuere atq; calcare: ⁊ se talem querat itus qualis sine istis est. ¶ Isi do. Sãcti viri funditus. s. de religiosis bonis. lib. j. ¶ Bernar. de cõside. Potest contemplatio diffiniri verus intuitus animi de quacũq; re: seu apprehensio veri nõ dubia. ¶ Idem. Cõtemplationis species quattuor sunt. Prima ⁊ maxima contemplatio est admiratio diuine maiestatis. Hec requirit cor purgatũ: vt a vitijs liberũ atq; exoneratũ peccatis: facile ad superna leuetur: interdũ quoq; per aliquas mozulas stupore ⁊ extasi suspensum teneat admirantem. Secũda autem necessaria est huic. Est ei intuẽs iudicia dei: quo sane pauido aspectu dum vehementius concutit intuentẽ fugat vitia/fundat virtutes/initiat sapiẽtiam humilitatem seruat: virtutum siquidem bonum quoddam ⁊ stabile fundamẽtum: humilitas nempe sinutat illa virtutũ non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur vel potius ociatur circa memoriam beneficiorum. Et ne dimittat ingratũ: sollicitat amantem ad amorem benefactoris. De talib⁹ dicit prophęta. Memoriam abũdãtie suauitatis tue eructabunt. Quarta: que retro sunt obliuiscens: in sola requiescit expectatione promissorum: que cum sit meditatio eternitatis (siquidem que promittuntur eterna sunt) longanimitatem animi ⁊ perseuerantie dat vigorem. Puto: iam facile est quattuor nostra hec illis quattuor apostoli assignare dum longitudinem comprehẽdit meditatio promissorum: latitudinem recordatio beneficiorum: sublimitatem cõtemplatio maiestatis: profundum inspectio iudiciorum. ¶ Idem in medita. Viscus ptemplationis est amor possessionum: affectus cognationis/cupiditas honoris/⁊ voluptas carnis quibus anima inuiscatur ⁊ irretitur vt non pennis contemplationis p plateas superne sion discurrere possit. ¶ Idem super Canti. Excedente anima ⁊ si non vita certe vite sensu: necesse est etiam vt nec vite tentatio seiunatur. Quis ergo dabit mihi pennas sicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requiescam. Vtinam hac morte ego frequẽter cadam: vt euadam laqueos mortis.

¶ Seneca in epistola. Quãtum potes propera quo diutius frui emẽdato animo ⁊ composito possis: frueris quidem dum emẽdas etiam dum cõponas: alia tamen illa voluptas est q̃ percipitur a contemplatione mentis ab omni labe pure ⁊ splendide. ¶ Idẽ Subsilire in celum ex angulo licet: exurge modo: ⁊ te quoq; dignum deo finges: ⁊ non auro/non argento non potest ex hac materia imago deo exprimi similis.

¶ De gustu. Cap. xxix.

ORego. in moral'. Superiora amare tã sursum ire est dũ q; magno desiderio mẽs, ad celestia inhiat: miro modo hocipsum qd accipere querit degustat. ¶ Idẽ. sup Ezech. Dulce est esse in rebus humanis: sed ei qui adhuc de celestibus gaudia nulla gustauit: qz quãto min⁹ eterna intelligit: tanto delectabilius in temporalibus requiescit. ¶ Idem. Si quis iam cordis ore gustauerit: q̃ sit illa dulcedo celestium premiorum qui illi hymnidici chori angelorum: q̃ incomprehensibilis visio trinitatis

hunc quanto dulce fit quod intus videt: tanto in amaritudinem vertit ur ome quod foris sustinet. ¶ Idem. Cõtemplatiua maior est q̃ actiua: quia hec in vsu presentis operis laborat: illa vero sapore intimo venturam iam requiem degustat. ¶ Auguſt. in ser. Cetera creatura vilescat: vt creator in corde dulcescat. ¶ Idē de medita. Fac precor me domine gustare per amorem quod gusto per agnitionem: sentiam per affectum quod sentio per intellectum: plus tibi debeo q̃ meipsum totũ: sed nec plus habeo: sed nec hocipsum per me totũ possum reddere: trahe domine in amorem tuum vl hocipsum quod sum. ¶ Idem de vera religione. Quidiu sumus in corpore ꝛ peregrinamur a domino: gustemus saltem q̃ suauis est dominus: qui dedit nobis pignus spiritus: in quo sentiamus eius dulcedinem ꝛ desideremus ipsum vite fontẽ: vbi sobria ebrietate inundemur ꝛ irrigemur: sicut lignum quod plantatũ est secus decursus aquarum. ¶ Idem. Tu qui verã. s. de tranquillitate. ¶ Auctor de spiritu ꝛ anima. Hec est requies cordis nostri: cum in dei amore per desideriũ figitur: hec est vita cordis nostri: cum deum suũ contẽplatur: ꝛ ipsa sua contemplatione suauiter reficitur. ¶ Id. Anima prius sanatur: sanata introducitur: introducta reficitur. ¶ Idem. Mentis visio est intelligẽtia: gustus sapientia: illa contemplatur ista delectatur. ¶ Bernar. de. xij. gradi. Primus cibus est humilitatis purgatorius cum amaritudine. secũdus charitatis consolatorius cum dulcedine. tertius contemplationis solidus cum fortitudie. ¶ Idem de dili. deo. Et occasione frequentium necessitatum crebris necesse est interpellationibus deũ ab hoie frequẽtari: frequẽtando gustari: gustando probari: qm̃ suauis est dñs. ¶ Idē de amore dei. Stãs in domo solitudinis quasi onager solitarius: ꝛ habitaculũ habens in terra salsuginis: ꝛ attrahens ventũ amoris mei: os in cum aperio ad te domine: ꝛ attraho spiritum: ꝛ nonnunq̃ domine quasi clausis oculis ad te inhianti mittis mihi in os cordis quod non licet mihi scire quid sit: saporem quidem sentio dulcedinem adeo confortantem vt si perficerer in me nihil vltra quererem. ¶ Idem super Cãti. Si quem forte nostrum aliqua hora sic rapi ꝛ sic abscondi cõtigerit vt minime auocet aut perturbet: aut sensus egens: vel cura pungẽs: vl culpa mordẽs: vel certe ea que difficilius amouent irruentia imaginationũ corporearum phantasmata: poterit quidẽ hic cum ad nos redierit gloriari ꝛ dicere. Introduxit me rex in cubiculũ suũ. ¶ Idē. Mandatis tuis intellexi inquid vt scias nisi obedientie mãdatorum contẽplationis gustũ penitus nõ deberi. Nõ ergo putes de proprio amore quietis sancte obedientie actibus seniorũ ve traditionibus preiudicium vllatenus faciendũ. ¶ Idem in epla. Funes ceciderunt mihi in preclaris celestisq̃ hereditas preclara ẽ mihi: ꝛ terrena adulatur ꝓmissio: blãdit consolatio carnis: gustato spiritu necesse est desipere carnem: affectanti celestia terrena non sapiũt: eternis inhianti fastidio sunt trãsitoria. ¶ Id in sermo. Beati q̃ lugent: qm̃ ipsi consolabunt: quid aliud est hec ꝓsolatio q̃ procedẽs de spe venie gratia deuotionis: ꝛ suauissima delectatio boni: ꝛ gustus sapiẽtie licet exiguus: quibus interim benignus dominus afflictam refrigerat animam: At gustus ille nihil aliud est q̃ irritamentum desiderij ꝛ incentiuum amoris: sicut scriptũ est. Qui edunt me adhuc esurient ꝛc̃ ¶ Idem. Ubi sanei spirituali. Supra de proficientibus lib. j. ¶ Seneca in epistola. Tunc animus noster habebit quo gratuletur sibi: cum emissus his tenebris in quibus volutatur nõ tenui visu clara prosperit: sed totũ diem admiserit: ꝛ redditus celo suo fuerit: cum receperit locũ quẽ occupauit sorte nascẽdi sursum: illũ vocãt

initia sua. erit autem illic etiam antequam hec custodia exoluatur cum vicia devicerit: purusq; ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. ¶ Idē. Philosophia animum a terrenis admittit ad diuina. hec libertas eius est: hec euagatio subducit interim se custodie in qua tenetur: et celo reficitur.

¶ De consolatiōe. ca. xxx.

Greg. in regi. In summa tribulatione positis: sola est cōsolatio misericordia creatoris. ¶ Idem. In dei causis occupatus cōsolatione fulciri dz: non amaritudine reprimi. ¶ Idē. Est mihi bone vir hoc ex dei munere in magna consolatione: q opus sctm qđ in me nō habeo diligo in te. ¶ Idem. Facilis erit consolatio si int flagella q patimur: q fecimus: q facim⁹ ad memoriam delicta reuocam⁹. atq; hec nō flagella sed dona cognoscimus. ¶ Idē de quodam epō. Valde cōtristabar q de illo quedam supba cognoueram: sed quia mores suos ipse correxit: meam tristitiā simul meipm vincendo psolatus sum. ¶ Idem in mora. Magna cōsolatio in rerum amissione est illa tpa ad mētem reducere: qbus nos contingit res quas perdidimus nō habuisse. ¶ Idē Magna est cōsolatio i eo qđ displicet q illo ordinante erga nos agit: cui nō nisi iustum placet. ¶ Idē. Laborantē psolari est pariter i labore psistere: qz sublcuatio laboris est visio collaborātis. ¶ Idē. Minus tētat pbatio. q remuneratio psolat. ¶ Idē. Grauis meror. ifra de dolore. ¶ Idē. Festina psolatio bonoz est psideratio finis malorum qz dū ex eoz iteritu psperitat malū qđ cuadunt: leue estimāt quicqd in hac vita patiunt aduersum. ¶ Idē in pasto. Non flendo flere: est sic exteriora aduersa plangere: vt tñ mens nouerit de eterne spei consolatione gaudere. ¶ Isi. de sum. bo. Qui vite future pmia diligenter excogitat. mala oia vite psentis eqnimiter portat. quoniam ex illius dulcedine huius amaritudinem temperat. ¶ Idem in syno. Inte de miserias eoz qbus acerbe aliqd accidit: dū aliena pcula memoras: mitius tua portas. alioz eni exempla dolorem releuāt: alienis malis facilius consolat homo. ¶ Ambro. de vidua. Paratus mestitudini animi flet⁹ oculorum miseriam pciliat. laborē minuit: dolorē alleuiat. pudorē seruat. nec iam miseria sibi videt que consolationem in lachrymis hz. ¶ Bern. super qui habitat. In quo horum oīm spas solacij aliquid vel auxilij iuenire: Si queras itra te: aruit cor tuū: et obliuioni datū te repis tanq; mortuū a corde si infra te: corp⁹ qđ corrumpit aggrauat aiam. si circa te: terrena inhabitatio depmit sensum multa cogitantem quere g. s. te: sed cautus esto vētosa agmina trāsilire. ¶ Idē de contemp. Preciosa diuna psolatio est: nec oīno tribuit admittentibus alienā. ¶ Idē i ser. Mentior(qđ ad cōsolationem vestram dico) si nō ex manibus hui⁹ peccatoris monachoz nouicioz et puerorum aīe ad celoz gaudia volauerunt tam libere q libertate de carcere nostre mortalitatis. ¶ Idem. Beati q lugent. s. de gustu.

¶ De regratiatiōe. c. xxxj.

Greg. in regi. Recte mentis est deum nō solū in psperis benedicere: sed etiam in aduersitatib⁹ collaudare. ¶ Idē ad epm exponentem grammaticā. In vno se oze cum iouis laudib⁹ Christi laudes non capiunt. ¶ Aug. in ench. Miam et iudicium cantabo tibi domine: quia nisi per indebitam misericordiam nemo liberatur: et nisi per debitum iudicium nemo cōdemnatur. ¶ Idem de verbis domini. Felix sit mūdus: euertatur mundus: benedicam dominum qui fecit mundum fm carnem. benesit fm carnē: malesit: benedicā dominum in omni tempore. ¶ Idem. Hec in vno quoq; s. li. ij. de iustitia. ¶ Idē in epist. Qui est orandus vt faciat: illi est actio gīarū reddenda cū fecerit.

¶ Idem. Ex his q̄ habes gratias age deo tanq̄ fonti bonitatis vnde habes atq̄ in oībus bonis actib⁹ tuis illi da claritatē: tibi aūt humilitatē. ¶ Idē de confes. Tu dñe excitas vt laudare te delectet: q; fecisti nos ad te: & inquietum est cor nostrū donec requiescat in te. ¶ Idem de spū & littera. Illa est sapientia que pietas vocat qua colit pater luminum: a quo est omne datū optimū: & omne donum perfectū. colitur autem sacrificio laudis actionis q̄ gratiarū: vt cultor eius nō in semetipso: sed in illo gloriet. ¶ Idem de medita. Gratias agamus de acceptis: & quod nondū accepimus eoipso q̄ de acceptis ingrati non sumus: nos accepturos esse cōfidamus. ¶ Idem de cathe. ru. Quicq̄d homo fecerit laudabilem in suis factis inuenit deum. Si recte egerit laudabilē inuenit p iustitiam pīnio⁹. si peccauerit laudabilem inuenit p iustitiam supplicio⁹ū: si peccata confessus ad recte viuendū redierit laudabilem inuenit p misericordiam indulgentiarū. ¶ Hieron. in epla. Cum psalmum dicis: cui⁹ verba loqueris agnosce. & in compunctione magis animi q̄ i tinule vocis dulcedine delectare. lachrymas psallentis deus magis q̄ vocis gratiam comprobat. ¶ Joh. Chry. sup Joh. Glorificemus deum & per fidem & p opera. nulla enim vtilitas nobis in salutē dogmatum sanctorum: corrupta nobis vita. ¶ Idem. Rapuit ille gratias egisti tu p iniustitia. & glorificasti deum & finitas per gratiarum actiōes multas fructificasti mercedes. ¶ Bern. sup canti. Nil aliud dū psallitis q̄ qđ psallitis cogitetis. nec solas dico vitādas cogitationes vanas & ociosas. vitande sunt & ille dumtaxat illa hora & illo loco quas officiales fratres p cōmuni necessitate quasi necessario frequenter admittere compellunt. si ne illa quidem pfecto recipere consulerim que forte pauloante in codicibus legeratis. ¶ Idem. Moneo vos dilectissimi pure ac strennue diuinis interesse laudibus. strennue quidem: vt sicut reuerenter ita & alacriter domino assistatis. non pigri: non somnolēti: non oscitantes: non parcentes voci⁹ non pcidentes verba dimidia. non integra transilientes. nō fractis & remissis voci⁹ muliebre quiddā balba denare sonantes: sed virili vt dignum est sonitu & affectu voces sancti spūs deprimentes. ¶ Idē. Disce in referēdo gratias nō ee tardus aut segnis: disce ad singula dona gratias agere. diligēter inq̄t cōsidera q̄ tibi apponunt. vt nulla videlz dei dona debita gratiarum actione frustrent. non grandia: nō mediocria: non pusilla. denicq̄ iubemur colligere fragmenta ne peant. ¶ Idē. Dis de bonis multiformis gratie apparētis in nobis referat ad ipm laus. laudabilium siquidem vniuersorum auctorem & largitorem. idcq̄ non ficte quemadmodum ab hypocrita: nec sola cōsuetudine sicut a secularibus: sz nec necessitate quidem vt iumenta ferendis oneribus applicētur: sed sicut decet sāctos sinceritate fida: deuotione sollicita hylaritate grata. nō tamē dissoluta. ¶ Idē. Immolantes hostias laudis: & reddentes vota nostra de die in diem: curemus omnivigilantia iungere sensum vsui affectum sensui: exultationem affectui. grauitatem exultationi: humilitatē grauitati/ libertatem humilitati/ quo interim liberis purgate mentis passibus ꝓcedamus & excedamus p inusitatas quasdā affectiones: spiritales leticias: inuisibiles amenitates: i lumine dei: in suauitate in spūsctō. ¶ Idem. In quotidianis exercitijs & bellis: que nulla hora pie in Christo viuentib⁹ desunt/ a carne/ a mundo/ a diabolo, sicut militiam vitam hominis esse sup terrā incessanter experimini in vobismetipsis: quotidiana necesse est cantica p assecutz victorijs immolari. ¶ Idem in sermo. Non tātum verbo & lingua: sed opere & veritate exhibeamus nos non ingratos. non enim gratiarum dictionem sed gratiarum actionē exigit a nobis

dñs deus noster. ¶ Idem. Opz homi nem gratiosum z deuotum esse. quasi libenter dona multiplicantur: si prio ra bene salua videntur.

¶ De lectione. Ca. xxxij.

GRego. in regi. Si ad consolationem nostrā sacra scriptura parata est: tanto magis debemus legere: qñto nos cōspicimus sub tribulationum fasce lassari. ¶ Idem. Idcirco pictura in ecclesijs adhibet: vt hi q̄ litteras nesciunt: saltem in pietibus videndo legāt: q̄ legere in codicibus non valent. ¶ Idem. Stude q̄so. s. de meditatiōe. ¶ Idē i mor. Scriptura sacra mentis oculis q̄si quoddā speculū opponit: vt interna nostra facies i ipsa videat. ibi eteni feda. ibi pulchra nostra cognoscim9. ibi sentimus q̄tum pficim9. ibi docemur a pfectu q̄ lōge distam9. ¶ Idē. Scriptura narrat gesta sanctoz: z ad imitationem puocat corda infirmorum. dumq̄ illoz victricia facta commemorat: cōtra vitioz prelia debilia nostra cōfirmat. ¶ Idē. Quasi quedā fit lectio mentis nostre species cōsiderata creature. ¶ Idem. Plerūq̄ res quelibet p hystoriam virtus est per significationē culpa. ¶ Ambro. de off. Cur nō illa tpa quib9 ab eccl'ia vacas lectioni ipendas. cur nō xp̄m reuisas xp̄m alloquaris. xp̄m audias: illū alloquimur cū oramus: illū audim9 cū diuīa legim9 oracula. ¶ Idē i hexam. Scriptura diuina salutē suggerit. vite odorē fragrat: vt suauitatē legens capias. nō p̄cipitij crimen incurras. ¶ Idē. Nō mediocre. s. li. iij. de stulti loqo. ¶ Hiero. in ozi. sup Jonā. Difficile hoīes potentes z nobiles: z diuites: z multo his difficilio9 eloq̄ntes credunt deo. obcecat eni mens coz diuitijs z opib9 atq̄ luxuria z circundati diuitijs nō p̄nt videre ꝓtures simplicitatēq̄ scripture. ¶ Idē in epi. Ama scientiā scripturarū z carnis vicia nō amabis. ¶ Idē. Oratiōi lectio: lectiōi succedat oro. z breue videbit oē tps qō tantis dierū varietatib9 occupat. ¶ Isi. de sum. bo. Sctā scriptura altitudo q̄si mōtes pascue sunt: ad qs dū q̄sq̄ iustoz ascenderit: pascue ideficientis refectionē inuenisse se gaudebit. ¶ Idē. Geminū cōfert bonū sctārū lectio scripturarū. siue qz intellectū mentis erudit. siue qz a mūdi vanitatibus abstractū hoīem ad amorē dei p ducit. ¶ Idē in syn. Lectio docet qd caueas: lectio oñdit q̄ tendas. lectiōe sensus auget z intellect9. ¶ Aug. in epi. Tāta est xp̄ianarū ꝓfunditas literarū vt in eis q̄tidie proficerē si eas solas ab incūte puericia vsq̄ ad decrepitam senectutē maxio ocio: summo studio: meliore ingenio conarer addiscere. ¶ Joh. Chry. sup Joh. Nō p pterea date sunt scripture vt in libris eas habeam9 solū. sed vt i cordib9 cōglutinem9 eas. ¶ Idē. Si turpiloquium sordidat z demones vocat. manifestum est qm̄ spūalis lectio sctificat. z spūs affert grām. diuine eni sunt incātiones scripture. ¶ Ber. sup. cant. Ante carnē discipline studijs edomitam: z mancipatā spiritui ante spretā z abiectā seculi pōpam z sarcinā idigne ab ipuris lectio sacre scripture p sumit. quomodo nempe lux incassum circūfundit oculos cecos vl' clausos ita animalis homo nō precipit ea que sunt spiritus dei.

¶ De sapientia. Ca. xxxiij

GReg. in moral. Neq̄ hoc est sape qō intelligere: qz multi eterna q̄dē sapiunt. sed hec intelligere nequaq̄ possunt. ¶ Idē in regi. Sapiēter illicita supat: q̄ didicerit etiā nō vti cōcessis. ¶ Aug. de li. ar. Nemo sine sapiētia btūs est. nemo eni btūs ē nisi summo bono qō in ea veritate quā sapientiā vocam9 cernit z tenet. ¶ Idē. Ve q̄ derelinquūt. s. li. iij. de sapiētia. ¶ Idē de ordine discipline. Quisq̄s oēm philosophiā fugiendā putat: nihil nos vult aliō: q̄s nō amare sapientiā. ¶ Idē. Duplex ē via quā seq̄mur: cū rerū nos obscuritas

mouet:aut rõe:aut certe auctoritate philosophia rõnem ꝓmittit.¶Idem. Tria sunt gña rerũ in quib⁹ rationabile appet.vnũ est in factis ad aliquẽ finẽ relatis.alterũ in discẽdo.tertiũ i delectando.Primũ nos admonet nihil temere facere. Secũm recte docere vltimũ beate cõtemplari.¶Idem de ci.dei.Mõ est vera sapientia q̃ intẽtionẽ suam in his q̃ prudenter discernit:gerit fortiter:cohibet temperãter iusteq̃ distribuit.nõ ad illũ dirigit finẽ vbi erit deus oĩa in oĩbus:eternitate certa ⁊ pace ꝓfecta.¶Isid.in etymo. Sapiens dictus est a sapore.q̃ si cut aptus est gustus ad discretionem saporis ciboꝝ.sic sapiens ad dinoscentia rerũ atq̃ causarũ:quo vnũquodq̃ dinoscat atq̃ sensu veritatis discernat ¶Idem de sum.bo.Nullus sapientiam dei plene recipit:nisi q̃ se ab omnium abstrahere actionũ curas ꝓtendit. ¶Ambro.i epi.Nihil peccare solius dei est:sapientis est ⁊ corrigere errantem ⁊ pniam agere petii.¶Idẽ.Sola est sapientia libera q̃ diuitib⁹ pauperes ꝓfecit.⁊ q̃ seruos ꝓpꝛijs fenerari dñis facit.¶Idẽ.Sapiens nõ metu. ff.li.iij.de affectionibus.¶Idem.Ille vere sapit:cuius animꝰ in Christo est:⁊ cuius interior oculus erigit ad supna.¶Ber.de cõsidera.Quid ꝓdest si vniuersum mũdum lucreris te vnũ pdens:⁊ si sapiẽs alijs sis deest tibi sapiẽtia si tibi nõ fueris.¶Idẽ sup can.Nescitis q̃ angelus sathane multoties trãsfigurat se i angelũ lucis.sapiẽtia est de⁹:⁊ vult se amari:nõ solũ dulciter sed ⁊ sapiẽter.¶Sen.i epi. Sapiẽs videbit vbi victur⁹ sit:cũ q̃bus:quõ:qd acturus.cogitat semper qualis vita:nõ quãta sit.¶Idẽ. Sapiens oĩa examinabit secũ:qd acceperit:a quo q̃tũ:vbi quẽ admodũ.¶Is Sapiẽs bonoꝝ rector est:malorum victor.sed facere docet philosophia.nõ dicere:⁊ hoc exigit vt ad legẽ suã quisq̃ viuat:ne orationi vita dissentiat. ¶Idem.Rogo atq̃ hortor vt philosophiam in ꝑcordia ima demittas.⁊ experimentum ꝓfectus tui capias:nõ oratiõe nec scripto:sed animi firmitate.cupiditatum diminutione.verba rebus ꝓba.¶Idem.Affectator sapiẽtie adheret quidem in corpore suo.sꝫ optima sui parte ꝗbest.⁊ cogitatiões suas ad sublimia intendit.¶Idẽ.Ad philosophiam te confer si vis saluus esse.si securus:si beatus:deniq̃ si vis esse(quod maximum est)liber.¶Idẽ Non est philosophia populare artificium.nec ostentationi paratum:nõ in verbis sed in rebus est.nec ad hoc adhibẽt vt cum aliqua oblectatione cõsumat dies:vt detur ocio nausea: animum formet ⁊ fabricet.vitam disponit:actiones regit:agenda ⁊ omittenda demonstrat.

¶De doctrina.Ca.xxxiiij

Grego.super Ezech.Quisq̃s expositor i explanatione sacri eloquij vt fortasse auditoribus placeat aliq̃d mentiendo cõponit:sua ⁊ non dei verba loquitur.si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur.Nam si in verbis dominicis virtutem requirens ipse aliter q̃ is per quem ꝓlata sunt senserit:etiam si sub intellectu alio edificationẽ charitatis requirat.domini sunt verba q̃ narrat.quia ad hoc solum deus ꝓtotam nobis sacram scripturam loquit̃ vt nos ad suum ⁊ ꝓximi amorem trahat.¶Idem.Pensare debet doctor quid loquatur:cui loquatur.quando loquetur:⁊ q̃tum loquatur.si enim vnum horum defuerit:locutio apta non erit.¶Idem.Loqui de deo quiete valde ⁊ libere mentis est.tunc namq̃ bene dirigitur lingua in sermone: cum secure sensus quieuerit in tranquillitate.¶Idem in pastorali.Clauis apertionis est sermo correptionis q̃ increpando culpam detegit:quam sepe nescit:ipe etiã q̃ ꝓpetrauit.¶Is in mora.Qui pctõri p̃dicat:tanta dispensatione cõponere p̃dicationẽ d⁹: vt nec derelicta spe timorem subtrahat;nec spe subtracta in solo cum ti-

more derelinquat. ¶ Idem. Qui ad vere predicationis verba se ꝑparat: necesse est vt causarū origines a sacr̄ pagine sumat: vt omne quod loquit̄ ad diuine auctoritatis fundamētū reuocet: atq; in eo edificiū sue locutionis firmet. ¶ Idē in hom̄e. Cū malorum peruersitas crescit: non solū frangi p̄dicatio nō debet: sz ēt augeri. ¶ Idē. Plus est verbi pabulo victurā i perpetuum mentem reficere: q̄ ventrem moriture carnis terreno pane satiare ¶ Idem. Subtili occultoq; iudicio a quorūdā auribus predicatio sancta subtrahit̄: q; suscitari p gratiā nō merentur. ¶ Idem in regist. Lingua nostra bonis fomētū sit: prauis aculeus tumidos retundat/iratos mitiget/pigros exacuat/desides hortatu succēdat/refugientib⁹ suadeat/asperis blādiatur/desperatos cōsoletur: vt quia doctores dicimur: viā salutis gradientibus ostendamus. ¶ Idē in dial̄. Si inuisibilia pensamus: nimirū constat: q; maius est miraculū predicationis verbo atq; orationis solatio peccatorem conuertere: q̄ carne mortuū suscitare. ¶ Augustinus de ꝓsensu euāgelistarum. Ex euangeliorum vniuersa varietate verborum: rerum autem sententiarumq; cōcordia satis appareret salubriter nos doceri: nihil querēdum in verbis nisi loquentiū veritatē cui demonstrande inuigilare debent oēs veridici narratores: cū de homine vel de angelo vel de deo aliquid narrant. ¶ Idem de opere mona. Multo misericordius operat̄ erga animas infirmor̄ qui fame bone seruor̄ dei consulit: q̄ erga corpora egentiū qui panē esurientibus frangit. ¶ Idem de trinit. Nec trepidus ero ad proferendā sententiā meam: in qua magis amabo ispici a rectis: q̄ timebo morderi a peruersis. Gratanter enim suscipit oculum columbinum pulcherrima t modestissima charitas: dētem autem caninū vel cuitat cautissima humilitas vel retundit solidissima veritas. ¶ Ō Persuadendum erat homini quātū nos dilexerit deus t quales: quantū ne desperaremus: quales ne superbiremus. ¶ Idē de cathe. ru. Dilectiōe tibi tanq; fine proposito quo referas omnia que dicis: quicquid narras ita narra vt ille cui loquer̄ audiēdo credat: credendo speret: sperando amet. ¶ Idē de bono pseuerātie. Facile est immo t vtile/vt taceatur aliquod verū propter incapaces. ¶ Idē. Cū res vera ita se habet vt fiat peior nobis eā dicentibus ille qui capere nō potest: nobis autem tacentibus ille qui pōt: quid putamus esse faciendum: nōne dicēdū est potius, verū: vt qui potest capere capiat: q̄ tacendum: vt non solum id ambo nō capiāt: verūetiā qui est intelligentior ipse fiat peior: qui si audiret t caperet per illū plures discerent: quo enī est capatior vt discat eo magis est idoneus vt alios doceat ¶ Idē. Non sumus in disputationib⁹ prompti: t i orationibus pigri. ¶ Idē in epistola: Sollicitissime cauendum est in docendo superbie vitiū: quod in discendo non ita est. ¶ Amb. de offi. Absit ptinax in familiari sermōe ptētio: quotiēs ei magis excitare inanes q̄ vtilitatis aliquid afferre solet disceptatio sine ira/suauitas sine amaritudie sit/monitio sine asperitate/hortatio sine offensione. ¶ Isid. in syno. Comunia omnibus secreta paucioribus loquere: aperta cunctis: operta paucis annūcia. ¶ Idē de sum. bono. Quadrimoda est dicendi ratio: quia aut bene sentiendo quid bene proferetur: aut nihil sentiendo nihil dicitur: aut parum sentiendo loquacitas sola ostentatur: aut optime sentiendo non eleganter profertur quod dicitur. ¶ Hieronymus in epistola. Docēte te in ecclesia nō clamor populi sed gemitus suscitetur: lachrymine auditorū laudes tue sint. ¶ Idem. Predicator continentie nuptias ne conciliet. ¶ Bernardus super Canti. Ēn quā ta prius infundenda sunt: vt effundere audeamus de plenitudine non de penuria largientes. primo quidem cō

punctio/deinde deuotio:tertio penitẽtie labor.quarto pietatis opus.qnto orationis studium.sexto cõtemplationis ocium.septimo plenitudo dilectionis.¶Idẽ.Doctrina spũs nõ curiositatẽ acuit:sed charitatẽ accẽdit.

¶De dignitate.Ca.xxxv.

ORego.in regis.Ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit:& iudicia esse cõstituit:vt nec prepositi in opprimendos se frustra valeant occupare subditos nec subiectis iterum contra suos prepositos effrenata sit resultandi licentia.¶Idem.Ad hoc diuine dispensationis prouisio gradus & diuersos cõstituit ordines esse distinctos:vt dum reuerentiã minores potioribus exhiberent:& potiores minoribus dilectionem impenderent:vna concordie fieret ex diuersitate connexio:& recte officioq; gereretur administratio singulorum.¶Idem.Quia homo quod sibi tribuitur quo iudicio disponatur ignorat:nec ad appetendũ locũ superiorẽ procax insistere:nec ad repellendũ contumax debet inueniri.¶Idẽ in pasto.Virtutibus pollẽs coactus ad regnũ veniat:virtutibus vacuus nec coactus accedat:¶Idẽ.Cũ rerũ necessitas exposcit pensandum valde est ad culmẽ q̃lqs reginiinis qualiter veniat:atq; ad hoc rite pueniẽs qualiter viuat:& bene viuẽs qualiter doceat:& recte docens infirmitatẽ suam quotidie quãta cõsideratione cognoscat:ne aut hũilitas accessum fugiat:aut peruentioni vita cõtradicat:aut vitam doctrina destituat:aut doctrinã presumptio extollat.¶Idẽ in dia.Vsus recte conuersationis est:vt prelesse non audeat qui subesse nõ didicerit:nec obedientiã subiectis imperet quam prelatis non nouit exhibere.¶Idem in home.Illi debent curam pastoralem suscipere:qui in suo corde sciunt fluxa luxurie domare:vt cum aliis fortia predicant:ipsi desiderijs mollibus eneruiter non succumbant.¶Idẽ in mora.Volenti mihi atq; renitenti cũ graue esset altaris ministeriũ:etiam pondus est cure pastoralis iniunctum.¶Isido.de sum.bo.Vir ecclesiasticus & crucifigi mundo per mortificationẽ proprie carnis debet:& dispensationẽ ecclesiastici ordinis si ex dei voluntate ꝓuenerit volens q̃ dẽ sed humilis gubernandã suscipiat.¶Bernar.sup Canti.Non ociose totiens repetitũ est.Petre amas me:in cõmissione ouium.Ego quidem id significatum ꝓuide puto:ac si dixisset illi Ihesus.Misi testimoniũ tibi perhibente cõscientia q̃ me ames:& valde ꝓfecte ames:hoc est:plus q̃ tua:plus q̃ tuos:plus etiã q̃ te:vt huius repetitionis mee numerus impleatur:nequaq; suscipias curam hanc:nec te intromittas de ouibus meis pro quib⁹ vtiq; meus effusus est sanguis.¶Id.In prelatione opus est viro' forti/spirituali/& fideli:forti ad propulsandas iniurias:spirituali/ad deprehendendas insidias:fideli/qui non q̃ sua' sunt querat.¶Idẽ i epi.In alto positũ nõ alta sapere difficile est & omnino inusitatũ:& quãto inusitati⁹ tãto glorioſi⁹.

¶De Zelo. Cap.xxxvj.

ORego.sup Ezech.Nullum omnipotenti deo tale est sacrificiũ:quale est zelus animarũ.¶Idẽ.Restat vt siue.s.li.ij.de prudentia.¶Idẽ in moral'.Si nulla ira ex virtute surgeret:diuine animaduersionis impetũ fineres per gladium non placasset.¶Idem.Aliquãdo necesse est vt prauis mentibus que hũana predicatione corrigi nequeunt:diuina flagella optari benigne debeãt.¶Idem.Euenire plerũq; s.lib.iij.& discordia.¶Idem.Si sic proximos vt nos amare precipimur:restat vt sic eorum erroribꝰ sicut nostris vitijs irascamur.¶Idem.Erga errata proximorum sic mansuetudo zelum temperet:quatenꝰ a iustitie studio non eneruet.¶August.in episto.Quid sic prosequitur vitam bonorum:q̃ vita ini-

quorum:non cū cogit immitari quod displicet:sed cū cogit volere qđ videt quoniā corā pio viuēs impie:z si non obligat cōsentientē:cruciat sentientē ¶ Idem. Via est. Infra de dolore. ¶ Berna. sup Cāti. Zelum tuum inflammet charitas/informet scientia/firmet constantia/sit feruidus/sit circūspectus/ sit inuictus/nec teporem habeat:nec discretione careat:nec timidus sit. ¶ Idem. Habeat charitas zelū:sed adhibeat pro tēpore modum seueritas nunq̄ remissa:intermissa tamē plus proficit. ¶ Idem. Hoc vera z casta cōtemplatio habet:vt mētem quā diuino igne vehemēter succēderit:tāto interdū repleat zelo z desiderio acquirendi deo q̄ eū similiter diligant:vt ocium ptemplationis pro studio predicationis libentissime intermittat. ¶ Glo. ps. xxx. Ira iusta est qua irascitur quis suis z alienis peccatis:videns hoīes cōfitentes deum ore:z negantes moribus:renūciātes seculo verbis z non factis:z videns fratres fratribus detrahentes:osculum dantes:z fidem non seruantes. ¶ Glo. super ps. lxviij. Bonus zelus est feruor animi:quo mēs abiecto humano timore pro defensione veritatis accenditur:z eo magis cōmendabilis quo quelibet praua que viderit corrigere satagit:si nequit tolerat z gemit.

¶ De sollicitudine. Capitulum.xxxvij.

Grego. in mora. Sancti viri quia breuitatem vite indesinenter aspiciunt:quasi quotidie morientes viuūr:z tanto se sollicitius manfuris preparant:quanto z nulla esse transitoria ex fine semp pensant. ¶ Idem. Mens tanto altius intertentationis fluctus tollitur/quanto sollicitius ab huius seculi cogitatione vacuatur. ¶ Idem. Magna sollicitudine ad curam nostre melioratiōis accingimur:quādo id frutis in aliis cernimus quod nō habemus. ¶ Idē. Dominū tāto. s. de discussione. ¶ Idem in regist. Illa sollicitudo prepositorū vtilis est: illa est cautella laudabilis: in qua totū ratio agit: z furor sibi nil vendicat. ¶ Idem. Quāto morti vicinior efficeris:tāto fieri sollicitior atq̄ timidior debes. ¶ Idem. Cum honoris augmento cura quoq̄ sollicitudinis debet excrescere. ¶ Idem. Cū cūcta negocia sollicitudine indagande veritatis indigeant:tamē que ad dei iectionem sacerdotalium graduū spectāt:sunt districtius trutināda. ¶ Johā. Chry. super Mat. Occupatio virilium sollicitudinū:suggestionū volupratis plerūq̄ excludit. ¶ Hiero. Grandis virtutis. s. lib. v. de continētia tactus. ¶ Bernar. super Cantica. Omnis cura sanctorū spreto ornatu cultuq̄ superfluo exteriorisui hominis qui certe corrūpitur:omni se diligentia prebet z occupat excolēdo atq̄ decorando interiori illi qui ad imaginē dei est:z renouat de die in diē. ¶ Idē Omnis de bonis. s. de regratiatione. ¶ Idē in ser. Dignū valde est z omnino exigit ratio equitatis:vt quibus a constitutione mundi regnū paratur: ipsi etiam sese regno parare nō negligant. ¶ August. de ordine discipline. Opera danda est optimis moribus: deus enim noster aliter nos exaudire non poterit:bene autem viuentes facillime exaudiet. ¶ Sene. i epla. Perseuerandū est z assiduo studio robur addēdum:donec bona mens sit quod bona voluntas est.

¶ De correptione. Capitulū.xxxviij.

Grego. in mora. Quisquis ppendere sollicite sciat/ne lucrus tempore verba increpationis inferat. ¶ Idem. Quos de aperta infirmitate reprehēdimus:superest vt de occulte fortitudinis estimatione vereamur. ¶ Idē. Ex se debet. s. lib. iij. de obliuione. ¶ Idem in regist. Dum vnus corripitur plurimi emendantur:z melius est vt pro multorum saluatione vnus condemnetur

& per vnius licentiã multi pericliten tur. ¶ Idem. Vbi senior iuuenib⁹ ex emplum ad interitũ prebet: ibi districta increpatione feriẽdus est. ¶ Isido. de sum. bo. Sicut peccatorem cõuenit argui iniustum: sic conuersum exulcerari. ¶ Idẽ. Qui veraciter fraternam vult corripere ac sanare infirmitatem: talẽ se prestare fraterne vtilitati studeat: vt cum quem corripere cupit humili corde admoneat: hoc faciens ex compassione quasi cõmunis periculi: ne forte & ipse subijciatur tẽtationi. ¶ Augustꝰ. in Enchyridion. Qui emendat verbere in quem potestas datur & coercet aliqua disciplina: & tamen peccatũ eius quo ab illo lesus aut offensus est dimittit ex corde: vel orat vt ei dimittatur: non solũ in eo q̃ dimittit atq; orat: verũetiam in eo q̃ corripit: et aliqua emendatoria pena plectit elemosynã dat. Multa enim bona prestantur inuitis: quãdo eorum consulitur vtilitati/non voluntati. ¶ Idem. Si peccauerit .s. li. iij. de argutione. ¶ Idem in epistola. Quãtum illi laudandi atq; predicãdi sunt qui dignati non sunt cũ mundo etiam florente florere: tm̃ increpãdi & accusandi sunt quos perire cum perentẽ delectat. ¶ Idem de correp. & gratia. Corripiant a prepositis suis subditi fratres: correptionibus vtiq; de charitate venientibus pro culparum diuersitate diuersis vl minoribꝰ vel amplioribus: quia & ipa que damnatio nominatur quã fecit episcopale iudicium: qua pena in ecclesia nulla maior est: potest si deus voluerit in correctionem saluberrimã cedere atq; pficere. ¶ Idẽ de doctria christiana. Quid locis & tempori & personis eueniat diligenter attendendum est: ne temere flagitia reprehendamus. ¶ Johannes Chrysosto. super Matheum. Omnis corruptio similis est ceteris tentationibus: sicut enim oĩs tentatio fideles quidem magis edificat: ifideles autem amplius destruit: sic & omnis increpatio discipline religiosum hominem & timentem meliorem facit: irreligiosum autem & malũ conturbat & ad deterius ire compellit. ¶ Bernar. Non contemnenda increpatio iusti que ruina peccati/coꝛdis sanitas est: necnõ & dei via ad animam. ¶ Idem in serm̃. Nemo fratres vitia palpet: pctãnemo dissimulet: cũ viderit ordinem deperire: vel minui disciplinam: est enim consentire silere cum arguere possis: & scimus quia similis pena facientes maneat & cõsentientes. ¶ Glo. Mat. vij. Raro & nõ sine magna necessitate obiurgatiões sunt adhibende: & non nisi dei respectu remota ab oculo trabe. i. odio.

¶ De equitate. Capitu. xxxix.

ORego. in moral'. Ita vos in ea que deum offendũt & ad iracundiam prouocant: districtos ac sollicitos exhibete: vt ad aliorum emẽdationem & vindicta culpabilem feriat: & innocẽtem falsa opinio non affligat. ¶ Idem. Manifesta peccata nõ sunt occulta correctione purganda: sed palam sunt arguendẽ qui palam nocent: vt dum aperta obiurgatione sanantur: hi qui eos imitando deliquerant corrigant. ¶ Idẽ. Cum increpare delinquentes noluerit: eos proculdubio pastor occidit. Hac ergo consideratione compulsus velis nolis locuturus sum: quia oĩ virtute aut te cupio saluari: aut de tua morte me eripi. ¶ Idem. Sicut obstinati esse humilibus non debem⁹ ita districti esse superbis debemus. ¶ Idem. Sicut perseueranti culpe debetur iurevindicta: ita resipiscentibus est venia concedenda. ¶ Idem. Summum in regibus. Supra in libro primo de potentibus. ¶ Idem. Boni te dulcem: praui sentiant correctorem: in qua videlicet correctione hunc esse ordinem noueris obseruandum: vt personam diligas et vitia persequeris: ne si aliter agere forte esse volueris: transeat in crudelita

tem correctio: & pdas quos emẽdare desideras. ¶ Idẽ. Iustitie & rationis ordo suadet vt q̃ sua a successoribꝫ desiderat mandata seruari: p̃decessoris sui pculdubio voluntatem & statuta custodiat. ¶ Idem. Sicut in his qui per ignorantiam fecerunt culpa aliq̃tenus toleranda est ita in his fortiter insequenda q̃ non metuũt sciẽdo peccare. ¶ Idẽ. Affectum iusta postulantibus indulgere & vigor eẽtatis: & ordo exigit rationis. p̃sertim qñ petentium voluntatẽ: & pietas adiuuat: & veritas non relinquit. ¶ Idem. Rationi contraria pcul est abiscienda petitio ita in his q̃ bñ desiderantẽ: affectũ nõ conuenit negare. ¶ Idem. Minorem maior p̃cedit sicut honore & crimine: & cui maior sequitẽ culpa: maior implicet vindicta & post penitentiã credat esse fructuosa. ¶ Idem. Sicut laudabile discretũq̃ est reuerẽtiam & honorem debitum exhibere p̃oribus. ita rectitudinis & dei timoris est si q̃ in eos correctionis indigẽt nulla dissimulatione postponere: ne totũ quod absit incipiat corp̃ inuadere: si languor non fuerit curatus in capite. ¶ Idẽ. Manifesti excessus canonica semper moderatiõe p̃mendi sunt. vt vna res & p̃teritoꝝ correcti o: & esse regula possit futuroꝝ. ¶ Idem. Quotiens ꝓtra ecclesiasticã quid gestum dicet discipli nam: ne nos ante deum culpa ex dissimulatiõe redarguat: irrequisitũ hoc relinquere nõ audemus. ¶ Idem. Sicut ecclesia ꝓprias res amittere non debet. ita cã rapacitatis ardore alienas inuadere non opz. ¶ Idem. Iurgantium cõtrouersias celeri sentẽtia terminare: & equitati pculdubio conuenit & vigori. ¶ Idẽ. Sicut ab alijs nostra exigimus: ita singulis sua iura seruemus. ¶ Idem in mora. Maiora crimina & tarde credenda sunt cũ audiunt: & citius punienda sunt cum veraciter agnoscuntur. ¶ Idem. Superiores cum per disciplinam alios ferint: sic alienam infirmitatem debent pcutere: vt etiam ad sua nouerint oculos reuocare. ¶ Idem in pasto. Aliquando subiectoꝝ vicia prudenter dissimulanda sunt: sed quia dissimulãtur iudicanda. aliquando & aperte cognita mature toleranda. aliqñ vero subtiliter & occulta pscrutanda. aliquãdo leniter arguenda. aliqñ & vehemẽter increpanda. ¶ Ambro. in epi. Hostẽ ferire victoria est: reum equitas. innocentem homicidium. ¶ Augu. de ci. dei. Melior est animi eẽtas: q̃ corporis sanitas. ¶ Idem de bap. paruulorum. Hoc iustum ẽ vt cũ mala hominum reprobamus: quecũq̃ in illis bona dei reperimus approbem⁹. ¶ Idẽ. Veritate manente quod vicios um: qđ prauũ: quod falsum in vnoquoq̃ fuerit curemus: corrigamus: emendem⁹ aut si non possum⁹ detestatum: damnatumq̃ vitemus. ¶ Idem de ouib⁹. Disciplina exerceatur: iudicium non precipitetur. ¶ Idem. Pertinet ad innocentis. s. de innocentia. ¶ Johan. Chrys. super Joh. Siue inops siue diues fuerit quis: non psonas attẽdamus: sed res scrutemur. ¶ Bern̄. in epla. Si q̃s susurro in populo diaboli sibi assumens vicem iurgia seminare & pacẽ turbare velle repiat. quẽad modũ ille discordie semp est amator & auctor. hunc rigide cẽsure remedio citius obuiet: eo quippe pessime quo intime pesti. ¶ Idẽ. Malum si comprimas tuum: reputabitur tibi ad gloriã si alienum ad iustitiam. ¶ Idem. Melius est vt peat vnus q̃ vnitas.

¶ De quattuor affectionibus. Capitulum. xl.

Augustinus de ciui. dei. Recta voluntas est bon⁹ amor & voluntas peruersa malus amor. Amor ergo inhians habere qđ amatur cupiditas est. Id autem habens eoq̃ fruens letitia est: fugiens quod ei aduersatur timor ẽ idq̃ si acciderit sentiens: tristitia est. proinde mala sũt ista si malus est amor. bona si bonus. ¶ Idẽ. Apud nos iuxta scripturas sanamq̃ doctrinam ciues san

cte ciuitatis dei. ī hui⁹ vite peregri=
natione ꝑm deum viuentes metuunt:
cupiuntq; dolent: gaudentq;: q; re=
ctus est amor cor̄: istas omnes affe=
ctiones rectas habent. ¶ Idem de pa
tientia. Volūtas bona. i. volūtas deo
fideliter subdita: voluntas sanctitate
supni amor̄ accēsa. volūtas q̄ diligit
deū: z primū ꝓpter deū: siue amore
de q̄ rīdet apl⁹ Petr⁹. dīe tu scis q;
amo te. siue timore. de quo dicit apl⁹
in timore z tremore vestram ipsor̄um
salutem operamini. siue gaudio de quo
dicit idē. spe gaudentes in tribulatio=
ne patientes siue tristitia: qualē idem
apl⁹ se dicit habuisse magnam ꝑ fra=
tribus suis. quecūq; amara z aspera
sufferat charitas dei est. ¶ Isido. de
sum. bo. Quattuor sunt q̄litates affe
ctionum: quibus mens iusti tedio sa
lubri compungit. hoc est memoria p̄
teritor̄ facinor̄um: recordatio futu=
rarum penarum: cōsideratio peregri
nationis in huius vite longinquitate.
desiderium supne patrie. quo q̄to⁹
ad eam valeat peruenire. ¶ Auctor de
spū z anima. Habet anima affectiōes
quibus exercet ad virtutes: dolor nā
q; de peccatis: timor de penis: deside
rium de ꝓmissis. gaudium de ꝑmis
quedā exercitia sunt virtutū. ¶ Idē
Affectus quadripertitus esse dinosci
tur: dum de eo quod amamus iā gau
demus. vel gaudendum speramus. z
de eo q̄ odimus iā dolem⁹: vel dolen
dum metuimus: z ab hac concupisci=
bilitate gaudiū z spes. de irascibilita
te dolor z met⁹ oriunt. q̄ quidē quat=
tuor affect⁹ aīe oim sunt vicior̄ atq;
virtutum quasi quedam principia et
cōmunis materia. ¶ Ber. super. cāt.
Habēt voces suas affectus: per q̄s se
etiam cum volunt ꝓdunt. timor ver=
bi causa meticulosas. dolor gemebun
das: amor iocundas. ¶ Idem in ser.
Loquens de illo verbo Joelis. ij. con
uertimini ad me in toto corde vestro.
Cōuertatur amor tuus vt omnino ni
hil diligas nisi deum. aut certe ꝓpter
ipsum. Conuertatur etiam ad ipsum
timor tuus. quia peruersus est timor
omnis quo metuis aliquid p̄ter eū:
aut non ꝓpter eum. Sic z gaudium
tuum z tristitia eque cōuertantur ad
ipsum. hoc autem ita fiet: si nō nisi ꝑm
eum doleas: aut leteris. Quid enim
peruersum magis q̄ letari cum male
feceris. z in rebus pessimis exultare?
sed z ea quoq; que ꝑm seculum est tri=
stitia mortem operatur.

De timore. Capi. xlj.

Ore. in mora. Justo timen
dum non est: ne deriso⁹ cum
corripit ꝓtumelias inferat.
sed ne tract⁹ ad odiū peio⁹ fiat. ¶ Idē
Creator noster q̄ vbiq; totus est z cer
nens cuncta non cernit: tanto metuē=
dus est q̄to inuisibilis permanens de
nostris actibus quando z quid decer
nat ignorat. ¶ Idē. Tanto de se vnus=
quisq; sollicitus metuat: q̄to ignorat
quod restat. ¶ Augu. in libro de pe=
nitētia. Timeat anima iam corrupta
docta experimento quod ignorat vir=
go. ¶ Idem de coniu. adul. Si a con=
iugali vinculo immunis minus appe
tit vita sanctor̄um: exhorreatur pena
mechor̄um. z timore saltem frenetur
concupiscentia si non amore eligitur
continentia. ¶ Idem in epist⁹. Qui
gehennas metuit: non peccare metu=
it: sed ardere. ille autem peccare me=
tuit qui peccatum ipsum sicut gehen
nam odit. ¶ Idem in regula. Deo vir
sanctus timeat displicere: ne velit fe=
mine male placere. illum cogitet om=
nia videre: ne velit femine male vide=
ri. ¶ Isi. in syno. Timor expellit pec=
catum. timor reprimit vicium. timor
cautum facit hominem atq; sollicitū
vbi timor nō est: ibi dissolutio vite est.
vbi timor nō ē: ibi despatio est. ¶ Idē
de sum. bo. Sepe que apō hominum
iudicium bona patent: apud examen
diligentissimi z acutissimi iudicis re=
proba detegunt. Ideoq; omnis san=
ctus veretur: ne forte bonū quod agit
pro aliqua animi intentione in oculis
dei reprobum sit. ¶ Hiero⁹. in epis.

Ubi timor ⁊ tremor ē: nō ibi vocis elatio est. sed animi flebilis lachrymosa dejectio. ¶ Idē. Quando iratus fuero: ⁊ aliq̄d mali cogitauero: ⁊ me nocturnum phantasma deluserit: basilicas martyrum intrare non audeo: ita animo ⁊ corpore cōtremisco. ¶ Idem in ori. sup Johelem. Nūq̄ tuta est humana fragilitas: sed q̄nto virtutibus crescimus: tanto magis timere debemus: ne de sublimibus corruamus. ¶ Bern̄. super can. Beatus homo q̄ semper pauidus est. time ergo cū arriserit gratia. time cum abierit: time cū denuo reuertetur: ⁊ hoc est semp pauidum esse. ¶ Idem. In veritate didici. s̄. lib. ij. de gratia. ¶ Idem in ser. Primus timor est ne cruciemur a gehenna. Secundus ne excluſi a visiōe dei priuemur tam inestimabili gloria Tertius replet animam omni sollicitudine ne forte deseratur a gratia. ¶ Idem. Sicut securitas vel desidia causa et mater est omnium delictorū. sic timor domini radix ⁊ custos omnium bonorum. ¶ Idem. Heu me. Supra libro secūdo de tentatione.

¶ De dolore. Capitu. xlij.

Ori Rego. in regi. Quanto corda nostro leticiā ecclesie ordo inculpabiliter custodit⁹ infundit: tanto rescissus tedium doloris imponit. ¶ Idē. Credat mihi charitas tua: q̄ valde contrist⁹ sum de tristicia tua. acsi in te iniuriam ipse p̄tulissem. ¶ Idem in mora. In amaritudine anime sunt omnes electi. quia vel punire flendo nō desinunt que deliquerunt. vl̄ graui se merore afficiūt quia longe huc a facie conditoris prolecti: adhuc in eterne patrie gaudijs non sunt. ¶ Idem. Valde affligit anima iustorum quando mali contra bonos districtas sententias intorquent: qui bene viuere ignorāt: ⁊ voce sibi iusticiam vendicant: quam moribus impugnant. ¶ Idem. Grauis meror est duris cordibus infructuose predicare: laborem in ostendenda veritate sumere: sed nullum de conuersiōe audientium laboris fructum inuenire. ac contra magna p̄dicatorum cōsolatio est subsequens p̄fectus auditorum. ¶ Idem. Anima sancta intus doloris sui gemitum tolerat: sed co refectiōis pabulum percipit: quo vis amoris p̄ lachrymas emanat. ¶ Johan. Chrys. super Joh. Cum quidem peccauerimus nos vel alij: tūc solum tristari bonum est. cum autem in humanas circunstantias inciderimus inutilis nobis de reliquo tristicie vsus. ¶ Hug. de verbis domini. Geme vt columba ⁊ tunde pectus. ⁊ tundendo corrept⁹ esto: ne videaris non conscientiam cedere. sed malam conscientiam pugnis paulimentare: solidiorem reddere: nō correptiorem. ¶ Idem in epl̄a. Pia ē ista tristitia. etsi dici potest: beata miseria vicijs alienis tribulari. non ipl̄icari. merere: non herere: dolore cōtrahi: nō amore attrahi. ¶ Idem. Quid sic. s̄. de Zelo bono. ¶ Idem cōtra iulianum. Gentibus amicorum sanor⁹ fletum commouet risus freneticorū. ¶ Idem in medita. Da mihi domine hoc exilio panem doloris ⁊ lachrymarum: quem esurio super omnem copiam deliciarum. ¶ Idem. Aut cōtinui dolores cruciabunt penitentem vitā meam: aut eterni cruciatus verabūt puniendam animam meam. ¶ Ber. in sermo. Cum ceperis tristitia implebit cor tuum: sed si perseueraueris tristitia tua vertet in gaudiū. ¶ Cassio. super. p̄s. l. Letus ⁊ lasciuus spiritus obligat hominem peccato. sed spirit⁹ contribulatus ē sacrificium quo peccatum soluit.

¶ De confidentia. Capitulum. xliij.

Ori Rego. in moral. Tanto animus a laboris afflictiōe subtrahit q̄nto per spem ad summa sustollitur. ¶ Idem. Quicquid intolerabile pusillanimitas asserit. hoc ei leue ac facile spes remunerationis ostendit. ¶ Idem. Quis nunc per tri

bulationē ferit̃ur: vt post gaudiū fructus metatur: tāto maior fiducia mētem roborat: quanto hanc fortior pro veritate affluctio angustat. ¶ Idē. Ille bene nouit in exterioribus miseriis subsistere: qui scit semp de interna spe gaudere. ¶ Idem. Cum iam in penitēte lamentis culpa diluitur. ⁊ sic perpetrata plangunt̃ur: vt plangēda minime perpetrentur: magna inēti fiducia nascit̃. ⁊ ad conspicienda superne retributionis gaudia cordis nostri facies leuatur. ¶ Idem super Ezechie. Non in fictibus: non in actib⁹ nostris: sed in aduocati nostri allegatione cōfidamus. ¶ Idem. Spes per desideria atq; suspiria introducit ad quietq; gaudia. ¶ Ambro. in hexam̃. In grauissimis passionibus spem deponim⁹ fractiq; animo resoluimur improuidi ⁊ inertes iacemus: cum de diuina miseratione tūc sperandum amplius sit cū psidia humana defecerint. ¶ Augustinus de confessio. Nemo securus esse debet in ista vita que tota tēptatio nominatur: vtqui fieri potuit ex deteriori melior nō fiat etiā ex meliore deterior: vna spes: vna fiducia. vna firma pmissio de⁹ mia tua. ¶ Idē de verbis apli. Ipsa spes pegrinatiōi necessaria est: que consolat̃ in via. tolle viatori spem perueniendi continuo frangunt̃ur vires ambulandi. ¶ Idem de verbis domini. Spes ad hoc nos hortatur vt presentia contēnamus: futura expectemus. ea que retro sunt obliuiscentes cum apostolo in anteriora nos extendamus. Nihil itaq; tam inimicum spei q̃ retro aspicere. ¶ Hieronymus in epistola. Cum vniuersos artus mundaueris ab omni sorde peccati. ⁊ toto fueris sanctificata corpore: tunc tibi castitatem intelligas prouisuram: et cum omni fiducia palmā virginitatis expecta. ¶ Bernardus in sermone. Hec est vera hominis fiducia a se deficientis ⁊ innitentis domino deo suo.

¶ De leticia. Capi.xliiij.

¶ Rego. in moza. Sancti virtutum pficere virtutum psperitate considerāt: quodam dispensatiōis supne moderamine exerceri se etiā in tentationibus exultant. q; tanto robustius acceptā virtutum gloriā custodiunt. q̃to tentationis impulsu concussi infirmitatē suā humilius agnoscūt. ¶ Idē. Quo se interius gaudijs animus robustiꝰ ī ferit: eo minꝰ exterius dolores sentit. ¶ Idem in home. Ille veraciter patientiā seruat: q; ⁊ ad tempꝰ aliena mala cū dolore tolerat. ⁊ eadē retractās gtuliſſe se talia exultat. ¶ Idē. Si me participem. s. de cōmunitate. ¶ Idē in dialo. Qualis quisq; apud se latet: at contumelia illata pbat. Nam sicut superbi honoribus. sic plerumq; humiles sua despectione gratulant̃ur. ¶ Aug. de verbis domini. Quando gaudet̃ in dño non gaudet̃ in seculo. vincat gaudium in dño: donec finiat̃ gaudium in seculo. gaudium in domino semp augeat̃ gaudiū in seculo semper minuat̃ donec finiat̃. ¶ Idē. Tu q; ꝑam requiē. s. de tranqllita. ¶ Idē de cōfes. Est gaudium qđ non dat̃ impijs: sed eis q; te gratis colūt dñe quorum gaudiū tuipse es: ⁊ ipa est beata vita gaudere ad te de te: ꝓpter te. ipa est ⁊ nō altera. ¶ Hiero. in epla. Nihil sollicitius ꝓuidendum est: q̃ vt solēnem diem: nō tam ciborum abundātia: q̃ spūs exultatione celebremus. q; valde absurdum est nimia saturitate velle honorare martyrem: quem scimꝰ deo placuisse ieiunijs. ¶ Ber. in epla. Reuera illud solum ⁊ verum est gaudium: qđ non de creatura: sed de creatore concipit̃: ⁊ qđ cum posse deris nemo tollet a te: cui comparata omnis aliunde iocunditas meror est. omnis suauitas dolor ē. omne dulce amarum. omne decorum fedum. omne postremo quodcunq; aliud delectare possit molestum. ¶ Idem in sermoni. Non est regnum dei esca ⁊ potus: sed iusticia ⁊ pax: et gaudium in spūsancto. sic fatui filij Adam ⁊ preci

piti saltu iustitiam transilientes: & pacem rem finalem in principium conuertere & peruertere vultis. Nemo ei est qui gaudere nō velit: non stabit: et non erit istud: quia sicut non est pax impijs: sic nec gaudere dicit dominus. Nō sic impij: nō sic. prius est iustitiā facere: inquirere pacē/ & persequi eā: & sic deinde apprehendere gaudium: immo a gaudio comprehendi. ¶ Seneca in epistola. Ad verum gaudium spectra: & de tuo gaude: quid autem est hoc de tuo? de teipso: & optima tui parte: corpusculū quoq; & si nihil potest fieri sine ipso magis necessariam rem credere q̄ magnam.

¶ De connexione. Capitulum.xlv.

Gregorius in moral. Omnes virtutes in conspectu conditoris vicaria ope se subleuant vt quia vna virt⁹ sine alia vel nulla est omnino/ vel minima/ vicissim sua coniunctione fulciātur. ¶ Idem. Valde singula quelibet destituitur: si nō vna virtus virtuti alij suffragetur. ¶ Ambro. sup Luc. Connexe sunt sibi concatenateq; virtutes: vt qui vnam habet: plures habere videatur. ¶ De timore & spe. Gregorius in moral. In peccatoris pectore iccessanter debet spes & formido cōtungi: quia incassum misericordiam sperat: si non & iustitiā timeat. incassum iustitiam metuit si nō etiam de misericordia cōfidit. ¶ Idē De statu suo Dauid cadēte nemo superbiat: de lapsu etiā suo Dauid surgente nemo desperet. ¶ Idē. Viri sancti ita mesti sunt vt confidāt: atq; ita cōfidunt vt tamē ex securitate nō torpeāt. ¶ Idem in dialo. Oportet et de dei nos semper miseratione cōsidere: et de nra infirmitate formidare. ¶ Idē Qui peccatori predicat. Supra de doctrina. ¶ Isido. in synodo. Nulla te securitas deceptū blandiatur: nulla te securitas a penitentie intentiōe suspēdat. iccessanter in corde tuo spes et formido persistat. ¶ Idem de summo bono. Omnis iustus spe & formidine nitet: quia nūc illum ad gaudiū spes erigit: nunc illum ad formidinem timor gehenne adducit. ¶ Augustin⁹ de medit. Respira peccator. respira/ ne desperes: spera in eo quem times: affuge ad eum a quo aufugisti: inuoca importune quem superbe prouocasti. ¶ De timore & gaudio. Gregorius in moral. Cum bona in alijs cernimus: valde necesse est vt exultationem nostre fortitudini & formidinem nostre exultationi misceamus: quatenus et de alienis profectibus charitas gaudeat: & de suis infirmitatibus conscientia contremiscat. ¶ Idem. Sancti viri cum de quibusdā se vitijs ereptos hilarescunt: magno se metu etiam in ipsa exultatione concutiunt: quia & si iam de cuiuslibet procella tempestatis erepti sunt: esse se tamen adhuc in incerti maris dubijs fluctibus sciūt. ¶ Idem. Sancti viri sic spe exultant vt pauore trepident: sic pauore timēt vt spei fiducia exultent. ¶ De timore & amore. Gregorius in moral. Cum plus ipsi quod timeamus agnoscim⁹: plus nobis de deo per internam gratiam infundit quod amemus. ¶ Idē Appositis quasi quibusdam gradib⁹ profectus nostri pedem prius per timorem in imo ponimus: & post modū per charitatem ad alta leuamus: vt ab eo quod quisq; timet reprimatur vt timeat: & ab eo quod iā timuit subleuetur vt presumat. ¶ Augustinus de virgi. Ama dei bonitatem: time veritatem: vtrumq; te superbum esse non sinit: amando enim times ne amātem & amatum grauiter offendas. ¶ Idem de fide ad Petrum. Diligentes dei misericordiā: metuēteq; iustitiam: nec de remissione peccatorum desperemus: nec remanemus i peccatis. ¶ Idem de verbis apostoli. Nō intrat charitas incomitata: habet se cum socium suum timorem: quem introducit ipsa: sed illū castum permanentem in seculum seculi. ¶ Idem super primam cano. Johā. Exhorresce

quod minaſ omnipotens: ama quod pollicetur omnipotens: ꝛ vileſcit omnis mundus ſiue promittens ſiue terrens. Hieroñ. in epiſtola. Vide vt omnia quecumq; bene facis propter deum facias. ſciens eius rei tãtũ te a domino receptũrum eẽ mercedem: quã eius timoris ꝛ dilectionis cauſa perfeceris. ¶ Bernar. de conſideratione. Sanctum facit affectio ſancta: et ipſa gemina: timor domini ſanctus: et ſanctus amor. his perfecte anima affecta veluti duobus quibuſdam brachijs ſuis deum amplectitur: ſtringit ꝛ tenet. ꝛ ait. tenui eum nec dimittam ¶ Idem in epiſto. Habens quam ſemel affecerit charitas: ſui turis eſſe non ſinitur: metuit quod neſcit: dolet qđ nõ oportet. ſollicitatur plus ꝙ voluerit ꝛ vnde noluerit. ¶ Idem in ſermone. Timeamus ꝛ amemus Chriſtum dominum. timeamus pro noſtra indignitate: pro ipſius dignatione amemus: non diſſimulemus: non excuſemus: ī medio eſt omnib⁹ ſeſe offerens. ¶ De abſtinentia ꝛ elemoſyna. Greg. in homel'. Hoc quod tibi ſubtrahis alteri largire: vt vnde tua caro affligitur: inde egẽtis primi caro reparet. ¶ Idẽ Illud ieiunium deꝰ approbat: quod ad eius oculos manꝰ elemoſynarum leuat: quod cum proximi dilectione agitur: qđ cum pietate condit. ¶ Idẽ Non deo ſed ſibi quiſq; ieiunat: ſi ea q̃ ad tempus ſibi ſubtrahit inopib⁹ non tribuit: ſed ventri poſtmodum offerẽda cuſtodit. ¶ Johan. Chryſoſto. ſuper Matthe. Si ieiunaueris ſine elemoſyna nihil ieiuniũ tuũ reputaſ: ſed ventrẽ iplente ꝛ inebriãte deterior eſt q̃ talis ẽ: ꝛ tanto deterior ꝙto laſciua crudelitas ẽ difficilior. ¶ Glo. Mat. vi. Deo ieiunat q̃ eius amore ſe macerat: et qđ ſibi ſubtrahit alij impendit. ¶ De abſtinentia ꝛ oratione. Augu. i epiſtola. In ieiunijs ꝛ vigilijs ꝛ omni caſtigatione corporis ꝙ plurimũ adiuuatur oratio. ¶ Johã. Chryſoſto. ſuper Matth. Qui orat cum ieiunio duplices habet alas: ꝛ ipſis ventis leuiores. neq; enim oſcitat ꝛ tenditur ꝛ torpet orans: quod patiuntur multi; ſed eſt igne vehementior: ꝛ terra ſupior. Ideoq; maxime hic talis demonibus eſt inimicus ꝛ hoſtis. Nihil enim homine orante proprie eſt potentius. ¶ Idem. Sicut nec miles ſine armis eſt aliqd. nec arma ſine milite. ſic nec oratio ſine ieiunio: nec ieiunium ſine oratione. ¶ Iſido. de ſummo bono. Hoc eſt perfectum ꝛ rationabile ieiunium quando noſter homo exterior ieiunat: interior orat. facilius enim per ieiuniũ oratio penetrat celũ. ¶ Bernar. ſuper can. Abſtinebo a vino: quia in vino luxuria eſt. aut ſi infirmus ſum modico vtar iuxta conſilium apoſtoli abſtinebo ꝛ a carnibus: ne dum mihi nimis carnem nutriunt. ſimulq; ꝛ carnis nutriant vicia. panem etiam ipm cum menſura ſtudebo ſumere: ne onerato ventre ſtare ad orandum tedeat. ¶ Idem in ſermo. Oratio virtutem impetrat ieiunandi: ꝛ ieiunium gratiam promeretur orandi. ieiunium orationem roborat. oratio ieiunium ſanctificat. ꝛ deo repreſentat. ¶ Idẽ. Quid nobis ieiunium proderit: ſi relinquaſ in terra, ſubleuetur ergo penna quadam orationis. ¶ Glo. cant. iij. Primꝰ eſt mortificare cõcupiſcentiã: poſtea offerre deo placabilia vota cordis. ¶ Glo. Thob. iij. Sola oratio pigueſcit: ꝙ macies corporis paſcit. ¶ De miſericordia ꝛ oratione. Johã. Chryſoſto. ſuper Matthe. In lege ſcriptũ eſt. Non intres ante conſpectum domini vacuus. Vacuus intrat ante deum: qui veniẽs ad orationem nullam facit elemoſynam ¶ Idem. Infirma eſt oratio que elemoſynarum largitate non eſt munita. ¶ Sanctus maximus in ſer. Oratio que caſtitatꝭ iuſticie ꝛ elemoſynarum operib⁹ adiuuatur: excedit mundum: penetrat paradiſum: euolat ad ipſum ſumme maieſtatis angelo offerente conſpectum. ¶ De miſericordia ꝛ iuſtitia. Grego. in regiſt. Ipſa in te dulcedo cauta ſit non remiſſa: correctio vero diligẽs ſit

non seuera. sed sic alterum condiatur ex altero. vt & boni habeat amãdo qõ caueant: & prauí metuendo quod diligant. ¶ Idem. Boni te dulcem. Supra de equitate. & ibidem alia plura. ¶ Idem in pasto. Disciplina vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneat. ¶ Idem. Iuxta pauli vocem: in arca tabernaculi cum tabulis virga simul & mãna est: quia scripture sacre sciẽtia in boni doctoris pectore sicut est virga districtionis. sic est & manna dulcedinis. ¶ Ambrosi. in episto. Beatus qui & seueritatem & mansuetudinem tenet. vt altero disciplina seruet. altero innocentia nõ opprimatur. Nimia enim seueritas extorquet plerumq; crudelitate mendacium. ¶ Idem de offi. Neq; seueritatem esse duram conuenit: nec nimiam remissionem: ne aut potestatem exercere: aut susceptum officium nequaq; implere videamur. ¶ Isi. in syno. Impia iustitia est humane fragilitati nõ ignoscere. nõ ergo ama damnare: sed emendare potius & corrigere. ¶ Idẽ. Tene rigorem in discussione iustitie misericordiam in diffinitione sentẽtie. ¶ Idem de summo bono. Omnis qui recte iudicat staterã in manu sua gestat. in vtroq; penso iustitiã & misericordiam portat: q; per iustitiam reddit peccato sententiam: & per misericordiã peccati temperat penã. ¶ Johan. Chryso. super matthe. Iusticia sine misericordia non est iustitia: sed crudelitas. sic misericordia sine iusticia non est misericordia sed fatuitas. ¶ Bernar. super Can. Si interdum seueritate opus est: paterna sit: nõ tyrannica. matres vos fouendo: patres corripiendo exhibeatis. ¶ Idẽ de cõsidera. Iustitie vt iustitia sit temperãtia modum imponit. noli nimis eẽ iustus ait sapiens. ostẽdens per hoc minime approbãdam esse iustitiam que temperantie moderamine non frenatur. ¶ Beda in homel. Necesse est vt rectorem subditis & matrem pietas & patrem exhibeat disciplina. atq; iter hec sollicita circunspectione prouidendum: ne aut districtio rigida/aut pietas sit remissa. ¶ Idem dicit Beatus Gregorius in regis. ¶ Glo. Basilhei primo. Vera virtus est cum nec pietas sine iustitia. nec sine pietate iustitia exequitur. que separate ab inuicẽ dilabuntur. ¶ De continentia et abstinentia. Ambrosi. de virgi. Libus pessimonie & potus abstinentie docent vicia nescire. quia docent causas nescire viciorum. causa peccandi etiam iustos sepe decepit / hinc populus dei postq; sedit manducare et bibere deum negauit. ¶ Isido. de summo bono. Libidinis ignes fomentis ciborũ increscunt. corpus autem quod abstinentia frangit: tentatio non exurit. vnde & tres pueros abstinentes flamma Babylonij incendij etsi tetigit non cõbussit. ¶ Idem. Quidam cõtinentes sicut panem cum pondere edunt. ita & aquam cum mensura sumunt. asserentes ad castimoniam carnis etiam aque abstinentiam conuenire. ¶ Johannes Chrysostomus i sermo. Per ieiunia cessat pugna carnis aduersꝰ animam: & anime aduersus carnem. nec vltra insurgit ancilla in dominam. nec serua superbit in liberam: sed vniuersa hec prelia ieiuniorum presentia conquiescunt. ¶ De continentia & verecundia. Ambrosi. de virgini. Vbiq; in virgine comes singularum virtutum est pudor. hic individuus debet esse virginitati. sine quo non potest esse virginitas. ¶ Idem de offic. Verecundia est pudicitie comes: cuius societate castitas ipsa tutior est. ¶ Hieronymus i sermoni. Omnino pudor individuus virginitati esse debet: sine quo recte castitas seruari non potest. ¶ Idem in epistola. Sit in te noua grauitas. honestas admirabilis: stupenda verecundia/mira patientia virginalis incessus / et vere pudicitie habitus / sermo semper modestus: et in suo tempore proferendus. ¶ Bernardus super Cantica. Verecundia soror continentie est. nullum eque

manifestum indicium columbine simplicitatis: et ideo omnino testis innocentie est: et lampas pudicitie mentis. ¶ De continentia et charitate. Gregorius super Ezechielem. Antiquus inimicus castitatem in nobis sisine charitate fuerit nō timet: quia nec ipse carne premitur: vt in eius luxuria dissoluatur. ¶ Augustinus de virgini. Si nuptias contempsistis filiorum hominum: ex quibus gigneretis filios hominum: toto corde amate speciosum forma pre filijs hominum. vacare vobis liberum est a cōiugalibus vinculis: sed non vacare vobis liberū est a vinculo charitatis. ¶ Idem. Inspicite vulnera pendentis: cicatrices resurgentis: sanguinem morientis: precium credentis: cōmertium redimentis: hec quanti valeant cogitate: hec in statera charitatis appendite: & quid amoris nuptijs vestris impendē dum habeatis illi rependire. ¶ Idem de bono coniug. Illa virgo coniugate merito pponitur: que nec multitudini se amādam pponit cum amorem vnius ex multitudine inquirit. nec se vni componit (vno iam inuento) cogitans que mundi sunt quomodo placeat viro. sed speciosum forma pre filijs hominum sic amauit: vt quia eum sicut maria concipere carnem non posset: ei corde concepto etiam carnem integram custodiret. ¶ Idem. Quid inquiunt si omnes velint ab omni concubitu continere: & vnde subsistit genus humanum? Vtinam omnes hoc vellent dumtaxat in charitate de corde puro & conscientia bona: et fide nō ficta. multo citius dei ciuitas cōpleretur: & acceleraretur terminus seculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum vbi ait cum inde loqueretur. vellem omnes homines esse sicut me. ¶ Bernardus in epistola. Castitas sine charitate lampas sine oleo ē. subtrahe oleum lampas nō lucet. tolle charitatem castitas non placet. Sed o q̄ pulchra est (sapiēs clamat) casta generatio cum charitate. ¶ Idē sup can. Quō clari tas vt aiunt lune non nisi a sole ē. sic absq; charitate seu iustitia ptinentie meritum nullum est. ¶ De ptinētia et humilitate. Greg. in morali. Sic mentem necesse est per mundiciam erigi: vt tamē sollicite debeat in humilitate sustineri. ¶ Idem. Per humilitatis custodiam seruāda est mundicia castitatis. Si enim pie spiritus sub deo premitur caro illicite super spiritum non leuatur. ¶ Augustinus de virgini. Sapientes virgines esse decet ne lampades earum extinguantur. quomodo sapientes ut si nō alia sapientes: sed humilibus cōsentientes. ¶ Idem. Quia perpetua continentia & maxime virginitas magnum bonū est in sanctis dei: vigilantissime cauendum est ne superbia corrumpatur. ¶ Idem. Facilius sequuntur agnum et si non quocūq; ierit certe quousq; potuerint coniugati humiles: q̄ superbientes virgines. ¶ Idem. Neq; simulare debet virgo humilitatem: sed exhibere. simulatio humilitatis maior superbia est. ¶ Idem sup Johannem. Melior est quidem virginalis sanctitas q̄ pudicitia coniugalis: quis dubitet & tamen si tu tenueris superbiam: et tua mater humilitatem: melior mater erit q̄ filia non dubito preferre humilem mulierem superbe virgini. ¶ Ambrosius super Lucam. Decet vt quanto castior virgo tanto humilior sit nouerit deferre senioribus: sit magistra eius humilitas in q̄ est pfessio castitatis. ¶ Bernardus. super missus. Pulchra commixtio virginitatis & humilitatis. nec mediocriter placet deo illa anima in qua humilitas commendat virginitatem: et virginitas exornat humilitatem. ¶ Idem. Potes sine virginitate saluari: non potes sine humilitate. potest inq̄ placere humilitas q̄ virginitatē deplorat amissam. sine humilitate autē audeo dicere nec virginitas marie placuisset. ¶ Idē sup can Cōtis

nentia non habet meritum apud deū que gloriam requirit humanā. Idcoq; maxime opus est etiam puritate intentionis: qua soli deo mens nostra et placere appetat: et valeat inherere. ¶ De actione z contemplatiōe. Gregorius super Ezechi. Actiua in necessitate: contemplatiua in voluntate est. illa in seruitute: ista in libertate. ¶ Idē Sicut bonꝰ est ordo viuēdi vt ab actiua in contemplatiuam tendatur: ita plerumq; a cōtemplatiua animus ad actiuam reflectitur: vt per hoc q; cōtemplatiua mentem accenderit: perfectius actiua teneat. ¶ Idē. Amor dei ad contemplatiuam: amor vero p̄ximi pertinet ad actiuā. ¶ Idem. Cōtemplatiua maior est. Supra de gustu. ¶ Idem in morali. Marthe cura non reprehenditur. marie vero z laudatur: quia magna sunt actiue merita: sed contemplatiue potiora: vñ nec auferri vnq; marie pars dicit. quia actiue vite opera cum corpore transeunt: cōtemplatiue autem gaudia melius ex fine conualescunt. ¶ Idē. Humani generis. Supra libro primo de predicatoribus bonis. ¶ Idem. Qui culmen apprehendere perfectiōis nituntur: cum contemplationis arcem tenere desiderant: prius se in campo operis per exercitium probāt. ¶ Isi. do. de summo bono. Actiua vita mūdanis bene vtitur: contemplatiua nec mundo renuncians soli deo viuere delectatur. ¶ Idem. Qui p̄ꝰ. Supra de ascensione. ¶ Augustinus de ciuitate dei. Ex tribꝰ illis vite generibꝰ scilicet ocioso: actuoso: z ex vtroq; cōposito. quis salus fide quisq; possit in quolibet eorum vitā diligere: z ad sempiterna premia peruenire. interest tamen quid amore teneat veritatis. q̄d officio charitatis impendat. nec sic esse debet vnusquisq; ociosus vt in eodē ocio vtilitatem non cogitet p̄ximi. nec sic actuosus vt cōtemplationem non requirat dei. ¶ Idem. Sciū sanctum querit charitas veritatis negocium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit: percipiende atq; intuende vacandū est veritati. ¶ Bernardus in apolo. Nec Jacob nisi cognita prius Ra desideratos Rachelis amplexus meruit obtinere. ¶ Idem super Cātica. Aliter sane afficitur mēs fructificās verbo: aliter fruens verbo: illic sollicitat necessitas p̄ximi: hic inuitat suauitas verbi: z quidem leta i p̄role mater: sed in amplexibꝰ sponsa letior: chara pignora filiorum: sed oscula plus delectant. ¶ Idem. Ex bonis operibꝰ in fide non ficta radicatis: recipit cōsolationem mens assueta quietis: quotiens sibi lux vt assolet contemplationis subtrahitur. ¶ Idem i sermo. Bonum acquirit gradum qui bene ministrauerit p̄mo: forte meliorem qui bene vacauerit deo: optimum autem qui perfectus est in vtroq;. ¶ Idem. Optimam partem elegit sibi Maria: licet non minoris fortasse meriti sit apud deū humilis conuersatio Marthe: sed de electione Marie laudatur quoniam illa quidem omnino quantum ad nos spectat nobis eligenda: hec vero si iniungitur patienter est toleranda. ¶ Idem. Absit vt qui deo vacat. ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam. ¶ Idem. Felix domus. s. de religione. ¶ De scientia et humilitate. Gregorius in mora. Cum summa cura prouidendum est ne accepta sapientia cum ignorantie tenebras illuminat: lumen humilitatis tollat: z iam sapientia esse nequeat: que si virtute locutionis fulgeat: elatiōis tamen velamine cor loquentis obscurat. ¶ Idem. s. de intelligentia. quere libro. ij. ¶ Idem. In omne quod scit sese mens deprimat: ne quod virtus scientie congregat ventus elationis tollat. ¶ Idem. Sancti viri vt humilitatis in se virtutem custodiant: cum quedam mirabiliter sciunt: illud ante mentis oculos studēt reuocare quod nesciunt: vt cum ex parte alia infirmitatem suam considerant: ex ea parte qua p̄fectus est eorum se animus nō

extollat: scientia etenim virtus est. humilitas etiam custos virtutis. ¶ Isido. In disputatiõe. Supra de studẽtibus li. j. ¶ Ibidem. Disputare stude ¶ De scientia ⁊ charitate. Gregor⁹ in moali. Cum charitas edificando non erigit: scientia inflando pervertit. ¶ Idem super Ezechielẽ. Inter charitatem ⁊ sciẽtiam testis est bona operatio. que si forte defuerit: pfecto certum est: nec cognouisse te deũ. nec diligere primum. ¶ Idem. Sepe dũ quosdam. Supra libro. iij. de discordia. ¶ Augustinus super Johãnem. Sciẽtia cauenda est ne inflet. & amate sciẽtiam: sed anteponite charitatẽ. quia charitas edificat: ⁊ non permittit inflari scientiam. ¶ Idem ad Hieronymum de sentẽt. Jacobi. Sicut mors auram auellit a sensibus carnis sic charitas a concupiscẽtijs carnalibus. huic subseruit scientia: cum ẽ vtilis: nam sine illa inflat. ¶ Idem. Spiritalis hõ. s. de discussione. ¶ Bernardus de diligendo deo. Liquet et absq; scientia dignitatem esse omnino inutilem: ⁊ scientiam absq; virtute dãnabilem. ¶ Idem super canti. Cibus indigestus: ⁊ qui bonam non habz decoctionem malos generat humores ⁊ corrũpit corpus: non nutrit: ita ⁊ multa scientia ingesta stomacho anime q̃ est memoria: si decocta igne charitatis non fuerit. ¶ Idem. Sicut bonum Supra de religione. ¶ De scientia ⁊ doctrina. Gregorius super Ezechielem. Sancti viri amando discunt qõ docendo proferunt. ¶ Idem in pasto. Cum spirituale aliq̃d a subditis pastoris iquiritur: valde est ignominiosum si tunc querat discere: cum questionẽ debet enodare. ¶ Idem. ꝓlerique dũ metiri se nesciunt: que nõ didicere docere concupiscunt. qui pondus magisterii tanto leuius estimãt: quãto vim magnitudinis illius ignorant. ¶ Augustinus in episto. Ad discendum qõ opus ẽ nulla etas mihi sera videri potest. quia etsi senes magis decet docere q̃ discere: magis tamen volo discere: q̃ quod doceam ignorare. ¶ Johannes Chrysostomus de compunctor. Non confundamus diuinas literas: neq; sanctispiritus sententias ꝓprijs sententijs puertamus. ¶ Hieronymus in epistol. Multo tempore discе vt doceas. nec laudatoribus tuis: immo derisoribus aurem libenter accommodes. ¶ De vita ⁊ doctrina. Gregorius in moral. Cum a vicijs caro restringitur: cum mens virtutibus exercetur: restat vt loquendo quisq; doceat vitam quam moribus ornat. ¶ Idem. Spiritalis quisq; p̃dicator studet summopere contra maleficos rumores aduersantium: ⁊ defendere loquendo quod viuit: ⁊ ornare viuendo quod dicit. ¶ Idem in pastora. Illa vox libentius auditorum cor penetrat: quam dicentis vita commendat. ¶ Idem. Boni predicatores prius ꝓpria crimina fletibus curent: ⁊ tũc q̃ aliorum sunt punienda denuncient: ⁊ anteq; verba exhortationis insonẽt omne quod locuturi sunt operib⁹ clament. ¶ Isidorus de summo bono. Tam vita q̃ doctrina clare re debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit. vita sine doctrina inutilem facit. ¶ Idẽ. Unusquisq; doctor ⁊ bone actionis et bone predicationis habere debet studium nam alterum sine altero non facit perfectum. ¶ Johãnes Chrysostomus in sermo. Adjecit doctrine auctoritatem bona vita doctoris. ¶ Ambros. de offi. Vir iustus ⁊ dictis ⁊ rebus ꝓbatur. Nam si exercitatus sit sermonibus: desidiosus in operibus. prudentiam suã factis repellit. ¶ Hieronymus in epistol. ꝓsumus faciamus: et post doceamus. ne doctrine auctoritas cassis sermonib⁹ destruat. ¶ Augustinus de confes. Surgunt indocti et rapiunt celum. et nos cum doctrinis nostris sine corde ecce vbi voluta mur in carne et sanguine. ¶ Bernardus in sermo. Est tantum lucere vanum: tantum ardere parum. ardere ⁊ lucere perfectum.

De exemplo. Capi. xlvj.

Gregorius in moral'. Multi in tenebris vite presentis dū superiora de se exempla exhibent: astrorum more nobis de super lucent. ¶ Idem. Qui plenissime intelligere appetit qualis est, tales nimirum debet conspicere qualis non est. vt ex bonorum forma metiatur quantum ipse deserto bono deformis est. ¶ Idem. Qui vitam precedentiū patrum conspicit, quid in se gemere debeat: subtilius agnoscit. ¶ Idem. Sepe cum nos. Supra de verecundia. ¶ Idem in dialogo. Nunq̄ peccatores ad lamentum penitentie redirent si nulla essent bonorum exempla que eorum mentem traherent. ¶ Idem in homel'. De bono opere proximis prebeamus exemplum. ⁊ tamen per intētionem qua deo soli placere querim⁹ semper optemus secretum. ¶ Idem. Ad amorem dei ⁊ proximi plerūq̄ corda audientium plus exempla q̄ verba excitant. ¶ Idem. Qui sancto viro. Supra de societate. ¶ Isidorus de summo bono. Propterea virtutes sanctorum ad exemplum nostrum deus proposuit: vt q̄to de imitatione eorum conferri possunt nobis iustitie p̄mia: tanto de perseverantia mali sint graviora tormēta. ¶ Idem. Reprobi non attendunt documenta beatorum que imitētur ad meli⁹: sed proponūt sibi exempla prauor q̄ ad suor mor p̄ uersitatē imitant i pei⁹. ¶ Amb. sup lu. Uni⁹ exēplo plurimi corriguntur ¶ Idē de p̄uerbis. Sctōr vita ceteris norma viuēdi est. ¶ Idē de of. Sit nobis vita maior discipline speculū: nō calliditatis cōmentariū. ¶ Ber. i epla. Sermo viuus ⁊ efficax exēplū est opis: facile faciēs suadibile qđ docendum monstrat factibile qđ suadetur. ¶ Idem in ser. Nullū cōsiliū meli⁹ arbitror: q̄ si exemplo tuo fratrē docere studeas q̄ oporteat q̄ nō oporteat fieri: puocans eū ad meliora: ⁊ p̄sulens ei non verbo neq̄ lingua: sed opere et veritate. ¶ Señ. in epi. Instruēda ē vita exemplis illustribus.

De fama. Cap. xlvij.

Gregorius in regis. Quicqđ grauare pōt aut opinionem tuam: aut animam: omnino refugias. ⁊ te committere illud nullius suasioni consentias. ¶ Idem. Eius quem videre me non licet bona me pascit opinio. ¶ Idem in moral'. Fama a bono ope vires accipit: ⁊ fauoris gratiam quasi claritatis lumen aspergit. ¶ Idem. Dum de aliena vita lux quasi illius opinione clara ostenditur: hinc quasi pgenti in itinere exempli lumē prebetur. ¶ Idem. Nonnunq̄ etiam sancti viri de bona sua opinione gaudent: cum per hanc ad meliora proficere audientes pensant. ¶ Idē. Laus sua iustos cruciat: iniquos exaltat: ⁊ iustos dum cruciat purgat: iniquos dū letificat reprobos mōstrat. ¶ Idē. virtutes proficiētium in noticia ceteror hoim: q̄si suauitate fragrant odorum. ¶ Idē. Sicut ex aliena opinione proficimus: sic plerūq̄ si laudibus fame nre intēdim⁹ a virtute vacuamur ¶ Augu. de mo. ⁊ vita cle. Qui nos amāt: q̄runt qđ laudent in nobis. qui aūt nos odiūt: detrahunt nobis. Nos aūt in medio cōstituti adiuuāte dño deo nro: ⁊ vitā nr̄am ⁊ famā sic custodire debemus: vt non erubescant detractoribus laudatores. ¶ Idē de vidui. In omnibus spūalib⁹ delicijs q̄bus fruunt innupte sancta earum cōuersatio cauta etiam debz esse: ne forte cum mala vita non sit per lasciuiā: mala sit fama per negligentiā. ¶ Idē Nobis est necessaria vita nostra: alijs fama nostra: et vtiq̄ quod alijs ministram⁹ misericorditer ad salutem: ad nostram quoq̄ redūdat vtilitatē. ¶ Idem. Multo misericordius. ℈. de doctrina. ¶ Hieronymus in episto. Multum in vtrāq̄ partem crebro fama mentitur: ⁊ tam de bonis mala: q̄ de malis bona falsorum ore celebrat. ¶ Idem. Caueto omnes suspitio

nes:⁊ quicquid probabiliter fingi potest ne fingatur ante deuita. ¶ Idem. Fuge personas in quibus potest male conuersationis esse suspitio:nec paratum habeas illud de triuio: sufficit mihi conscientia mea:non curo quid de me loquãtur homines:⁊ certe apostolus prouidebat bona:non solum coram deo:sed etiam coram hominibus ne per illum nomen dei blasphemaretur in gentibus. ¶ Idem. Tenera res in feminis fama pudicitie est: quasi flos pulcherrim⁹ cito ad leuem marcescit auram:leuiq; flatu corrumpit. ¶ Bernardus super Cantica. Validos ⁊ constantes necesse est esse eos qui super alios ordinantur:necnon et lõganimes in spe:atq; ad superna verticem montis attollentes:qui ⁊ bonũ fidei suc ⁊ conuersationis vbiq; odorem spargentes:dicere cum apostolo possint. Christi bonus odor sum⁹ deo in omni loco. ¶ Idem. Erit quidẽ virtus contenta candore conscientie:vbi sequi non poterit odor fame:ceterum odor fame nec excusare sufficiet vitiũ conscientie decoloris:prouidebit tamen semper quantum in se est homo virtutis bona:non tantum coram deo sed coram hominibus:vt vere sit liliũ. ¶ Idem. Sufficit.s. de tranquillitate. ¶ Idẽ de conside. Interest tue perfectiõis ⁊ malas res:⁊ malas pariter species deuitare:in altero cõscientie: in altero fame cõsulis. ¶ Idem. Esto fortis in fide decorus in gloria:⁊ probasti te imitatorem dei:fortitudo tua fides conscientie est:⁊ decor tuus splẽdor bone opinionis est.

¶ De aduersitate. Capitulum.xlviij.

ORego.in regist. Pena presens si afflicti animum conuertit finis est culpe precedentis:si eum ad timorẽ domini minime conuertit:initium est pene sequentis. ¶ Idẽ. Inter flagella positos:flagellis digna cõmittere contra ferientem est spiritaliter superbire:⁊ seuientis acrius iracundiam prouocare. ¶ Idem. Aduersitas que bonis vetis obijcitur:probatio virtutis est:non iudicium reprobatiõis. ¶ Idẽ. In oĩ potente deo tũc certa fiducia est:quãdo pro bono opere aduersitatis aliqd in hoc mũdo recipitur:vt plena merces in eterna retributione seruetur. ¶ Idẽ. Ipa malorum societas purgatio bonorum est. ¶ Idem. Dubiũ non est.s. de discordia. lib.iij. ¶ Idẽ in mora. Sicut aromata fragrantiã suam non nisi cũ incenduntur expandunt: ita sancti viri omne quod virtutibus redolet :n tribulatione innotescunt. ¶ Idem. Flagella bonorum aut vitia perpetrata purgant:aut que poterãt perpetrari futura deuitant. ¶ Idem. Cum peruersum quẽq; deus oĩpotens percutit:⁊ condolendũ est miserie pereuntis:⁊ congaudendũ iustitie iudicis. ¶ Idem. Electi vniuscuiusq; mens tribus vicibus.i. vel labore conuersionis:vel tentatione probationis vel formidine solutiõis atteritur:atq; ipsa attritione purgata liberat. ¶ Idẽ. Vena interrogat:si quietus quis veraciter amat. ¶ Idẽ plura.s. de certamine. ¶ Johã. Chrysso. in ser. Sicut pluuia in terrã descẽdẽs eleuat semina:sic ⁊ tribulatio animã itrãs erigit desideriũ. ¶ Idẽ. Qui aduersat virtutẽ suã destruit:nobis vero p patientiam coronas operabit. ¶ Augu. de pasto. Si exceptus es a passione flagellorũ:exceptus es a numero filioꝝ. ¶ Idẽ in epist. Terror tẽporaliũ potestatũ quãdo ꝓbitatẽ oppugnat iustis: fortibus gloriosa ꝓbatio est:infirmis periculosa tentatio. ¶ Idẽ sup Gene. ad litterã. Ipse sibi homo in tentationibus certius innotescit:⁊ iuste salus illa perpetua que turpiter amissa est per voluptatẽ:fortiter recipitur per dolorẽ. ¶ Isiõ. in syno. Aduersa corporis anime remedia sunt:egritudo carnẽ vulnerat:mentẽ curat:lãguor eni vitia excoquit:languor vires libidinis frangit. ¶ Idẽ de sum.bo. Viri sancti plus formidant prospera q̃ ad

uersa: qz dei seruos prospera deiciũt aduersa vero erudiunt. ¶ Bern̄. sup Cãt habitat. Bonũ mihi dñe tribulari: dũmodo ipe sis mecũ: cꝫ regnare sine te: epulari sine te: sine te gloriari. Bonum mihi in tribulatione magis amplecti te: in camino habere te mecum: cꝫ esse sine te: vel in celo: quid enim mihi est in celo: a te quid volui super terram. ¶ Idem super Cant. In petra. Infra de martyrio.

¶ De martyrio. Cap. xlix.

ORego. in regist. Sicut beatus Cyprianus ait: martyrem non facit pena: sed causa. ¶ Idē in homel. Mori a persequēte martyriũ in aperto opere est: ferre vero contumelias z odientem diligere martyrium est in occulta cogitatione: ¶ Idem. Habet pax nostra martyrium suum: quia z si carnis colla ferro non subdimus: spirituali tamē gladio carnalia desideria trucidamus. ¶ Ysido. in etymo. Duo sunt genera martyrij: vnum in aperta passione: alterum in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes: z cũctis carnalibus desiderijs resistentes per hoc ꝙ se omnipotenti deo in corde mactauerunt: z pacis tẽpore martyres facti sunt. ¶ Johannes Chrysso. in sermo. Habet paupertas martyrium suũ: z egestas bene tolerata facit martyriũ: sed egestas ꝓpter Christum: non propter necessitatẽ. ¶ Hieron̄y. in legenda sancte Paule. Non solũ effusio sanguinis in ꝓfessiõe martyriũ reputaꝝ: sz deuote quoꝫ mẽtis seruit⁹ quotidianũ martyriũ est. ¶ Ysi. in epi. Hec ẽ sola digna retributio cũ sanguis sanguine cõpensaꝝ: z redempti cruore Christi ꝙ redẽptore libẽter occũbimus: qs sanctorũ sine certamine zc̃. s. de certamine. ¶ Aug. de ci. dei. Quicũqꝫ etiã nõ percepto regenerationis lauacro: pro Christi cõfessione mouunꝝ: rãtũ eis valet ad dimittẽda pcta: quãtum si abluerenꝝ sacro fonte baptismatis. ¶ Idē. Quãto erit acrior impet⁹ belli: tãto maior gloria nõ cedẽti: tãto densior corona martyrũ. ¶ Bernar. sup cãtica. Stat martyr tripudians z triũphans: toto licet lacerto corpore z rimãte latera ferro nõ mõ fert fortiter: sz alacriter sacrũ e carne sua circũspicit ebullire sanguinẽ. Ubi ḡ tũc aia martyris? Nempe i tuto: nẽpe in petra. nẽpe i visceribus Jesu. ¶ Idē. In petra habitans quid mirũ si in modũ petre duruerit: sed neqꝫ hoc mirũ si exula corpore dolores nõ sentiat corporis: neqꝫ hoc facit torpor/sed amor: submittiꝝ enī sensus nõ amittiꝝ: non deest dolor: sed cõtemniꝝ. ¶ Idē in ser. Est martyrij genus z effusio q̃dã sanguinis in q̃tidiana corpis afflictiõe: est ẽt baptism⁹ aliqs in cõpũctiõe cordis z lachrymarũ assiduitate: sic q̃ppe infirmis z pusillis corde necesse est: vt quẽ semel ponere p Christo nõ sufficiũt: saltẽ mitiori q̃dã sz diuturniori martyrio sanguinẽ fundãt: sic z baptismi sacramẽtũ qm̃ iterari nõ licet his q̃ sepi⁹ i mꝛtis offẽdũt: frequentiori ablutione suppleri.

¶ De gloria. Capitulũ. l.

OReg. i mor. Qz in hac vita nobis ẽ discretio operũ: erit i illa ꝓculdubio discretio dignitatũ: vt ꝑm ꝙ hic alꝰ alĩ merito supat: illic alꝰ alĩ retributiõe trãsce dat. ¶ Idē sup illud Job. viij. donec impleaꝝ risu os tuũ zc̃. In illa eterna patria cũ iustoꝝ mẽs i exultationẽ rapiꝝ: lingua in cãticum laudis eleuaꝝ. ¶ Idē. Ibi vniuscuiusqꝫ mẽtẽ ab alterius oculis mẽbroꝝ corpulẽtia nõ abscõdet: sz patebit animꝰ: patebit corporalibꝰ oculis ipsa corporis armonia. sicqꝫ vnusquisqꝫ tunc erit conspicabilis alteri: sicut nũc esse potest cõspicabilis sibi. ¶ Idē. Sicut hi qui adhuc viuẽtes sunt mortuoꝝ animas quo loco habeanꝝ ignorant: ita mortui vitã in carne viuentium post eos qualiter disponaꝝ nesciũt: quia z vita spiritus lõge est a vita carnis: z sicut corporea atqꝫ incorporea diuersa sunt gñe: ita

etiam distincta cognitione:quod tamen de animabus sanctis sentiendū non est:quia que intus omnipotentis dei claritatem videt:nullo modo credendum est:quia sit foris aliquid qđ ignorent.¶Idem.Cū ad ipsum fontem vite venerimus erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atq; satietas:sed longe aberit a siti necessitas:longe a satietate fastidium:quia sitientes satiabimur:ꝛ satiati sitiem⁹.¶Idem.Eterna contemplatione agitur vt omnipotens deus quo magis visus fuerit:eo magis diligat.¶Idē In illa resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritualis potentie:sed palpabile per veritatem nature.¶Idem in homelia.Credendum est q; ante retributionem extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciant:vt eos videntes in gaudio non solum de suo supplicio:sed de eorum bono crucientur:iusti vero in tormētis semper intuētur iniustos:vt hinc eorum gaudium crescat:quia malū conspiciunt quod misericorditer euaserunt:tanto q; ereptori suo maiores gratias referunt:quanto vident in alijs quod ipsi perpeti si essent derelicti potuerunt.¶Idem i dialogo.Sicut electos beatitudo letificat ita credi necesse est q; a die exitus sui ignis reprobos exurat.¶Augustinus de ciuitate dei.Erit illius ciuitatis et vna in omnibus et inseparabilis in singulis volūtas libera:ab omni malo liberata:et impleta omni bono:fruens indesinenter eternorum iocunditate gaudiorum oblita culparum oblita penarū nec tamen ideo sue liberationis oblita:vt liberatori suo non sit grata:quātum ergo attinet ad sciētiam rōnalē memor erit p̄teritor; etiā malorū suorum:quantum autem ad experientiam sensum prorsus immemor.¶Idem.Pax celestis ciuitatis est ordinatissima societas fruendi deo:et inuicem in deo.¶Idem.Quanta erit illa felicitas:vbi nullum erit malum:nullum latebit bonum:vacabitur dei laudibus qui erit omnia in omnibus:Nam quid aliud agetur vbi neq; vlla desidia cessabitur:neq; vlla indigentia laborabitur nescio:¶Idem.Ipse finis erit desideriorum nostrorum:qui sine fine videbitur:sine fastidio amabitur sine fatigatione laudabitur:hoc munus:hic affectus:hic actus profecto erit omnibus sicut ipsa vita erit communis.¶Idē.In nobisipsis dei imaginem contuentes tanq; iunior ille euangelicus filius ad nosmet reuersi surgamus:et ad illum redeamus a quo peccando recesseramus:ibi esse nostrum non habebit mortem:ibi nosse nostrum non habebit errorem:ibi amare nostrum non habebit offensionem:¶Idem.Absit omnis deformitas/omnis infirmitas/omnis tarditas omnisq; corruptio:et si quid aliud illud non decet regnum:in quo resurrectionis ꝛ promissionis filij equales erunt angelis dei:si non corpore/non etate certe felicitate.¶Idem.Ita deus erit notus atq; conspicuus:vt videatur spiritu a singulis nobis:in nobis videatur ab altero:in altero videatur in seipso videatur:in celo nouo:et in terra noua:atq; in omni que tunc fuerit creatura videatur.Et p corpora in corpore quocunq; fuerint spiritualis corporis oculi acie perueniente directi:patebunt etiam cogitationes nostre inuicem nobis.¶Idem de trinitate.Cōtemplatio est merces fidei:cui mercedi per fidē corda mundantur:sicut scriptum est.Mundās fide corda eorum.¶Idem.Illud qđ agit iustitia.Supra libro secundo de quattuor virtutib⁹.¶Idem libro tertio de libero arbitrio.Tanta est pulchritudo iustitie:tanta iocunditas lucis eterne:hoc est incommutabilis veritatis atq; sapientie:vt etiam si non liceret in ea amplius viuere q; vnius diei mora:propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni delitijs ꝛ circunfluentia temporalium bonorum recte meritoq; contemnerentur

non enim falso aut paruo affectu dictum est: quoniã melior est dies vna in atrijs tuis super milia. ¶ Idem in sermo. Tunc non peccabimus nõ solum factis: sed nec concupiscentijs: cum illam faciem videbimus que vincit omnes concupiscentias: tam enim dulcis est fratres mei/ tam pulchra/ vt illa visa nihil aliud possit delectare: satietas enim erit insatiabilis: nullum fastidium: semper esuiem⁹: semper saturi erimus. ¶ Idem de conflictu. Recedat amor presentis seculi in quo omnes sic viuificantur vt deinceps moriantur ⁊ succedat amor futuri seculi in quo omnes sic viuificantur vt deinceps non moriantur: vbi nulla aduersitas turbat: nulla necessitas angustat: nulla molestia inquietat: sed perennis letitia regnat. ¶ Johannes Chrysostomus super Johannem. Beati et ter beati et multotiens beati: qui beata illa potiuntur requie quemadmodum miseri: et ter miseri: et infinite miseri: qui a beatitudine illa seipos abiciunt. ¶ Fulgentius in epistola. Sicut per speculum vitreũ trina nobis visio administratur: qua nosipsos: et ipsum speculum: et quicquid presens adest videmus. sic per speculum diuine claritatis et ipsum deum vt est videbimus: quantum possibile erit creature: et nosipsos et omnia alia vera et certa scientia cognoscemus. ¶ Bernardus super Cantica. Qui replet in bonis desiderium anime: et ipse rationi futurus est plenitudo lucis: ipse voluntati plenitudo pacis: ipse memorie continuatio eternitatis. ¶ Idem. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare cõturbas me? Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi. cum error videlicet a ratione: a voluntate dolor: atq; a memoria timor omnis recesserit: et successerit illa quam speramus mira serenitas/ plena suauitas/ eterna securitas.

¶ Idem in sermo. Quemadmodum circa rationale nostrum et scientia et ignorantia consistit tanq; habitus et priuatio: sic circa concupiscibile desiderium et contemptus: et circa id qđ est irascibile: et letitia pariter ⁊ ira versatur. Implebit ergo deus rationale nostrum luce sapientie: ita vt penitus nobis nihil desit in vlla scientia implebit concupiscibile nostrum fonte iustitie: vt omnino desideremus eam et ea penitus repleamur: sicut scriptum est. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur: per quam iustitiam quicquid respuere debet anima respuet: ⁊ quicquid concupiscere concupiscet: et ex his oñibus magis appetet quod magis fuerit appetendũ. Jam vero qđ dicit̃ irascibile: cum repleuerit illud deus: perfecta erit in nobis tranquillitas: et in summam iocunditatem atq; letitiam replebimur pace diuina. ¶ Idem. Sicut replebit animas nostras deus cum fuerit perfecta in eis scientia/ perfecta iustitia/ perfecta letitia: sic replebitur maiestate eius oñis terra nostra: cum fuerit corpus immortale/ agile/ impassibile: configuratum deniq; corpori claritatis sue. ¶ Idem. Eterna omnium beatorum solemnitas est facie ad faciem deum intueri: eius dulcedine sine fastidio satiari: vt quem semper habent semper habere velint: ac eius visione sine defectu perfrui. ¶ Anselmus de similitu. Partes beatitudinis sunt pulchritudo/ agilitas/ fortitudo/ libertas/ sanitas/ voluptas/ longeuitas/ sapientia/ amicitia/ concordia/ honor/ potestas/ securitas/ gaudium. Ista vt estimo sunt que ppter se et propter que alia queq; ab hominibus appetuntur. Et ita notandum q̃ septem priores beatitudinis partes ad corporis beatitudinẽ: septem q; posteriores ad animam pertinent. ¶ Idem. In illa vita pulchritudo iustorum solis pulchritudini: que septempliciter q; modo sit splendidior erit: adequabitur. ¶ Idem. Velocitas nos tanta concomitabitur: vt ipsi angelis dei eque celeres simus: q̃ cr

lo ad terras et conuerso dicto citius dilabuntur. ¶ Idem. In futuro sic iustus fortis erit: vt etiam si velit terrā commouere possit: et sic conuerso iniustus imbecillis: vt nec etiam vermes amouere queat ab oculis suis. ¶ Idem. Gaudium erit iusto intus ⁊ extra: gaudiū sursum atq; deorsum: gaudium circumcirca: vbiq; gaudiū plenum. ¶ Idem. Tunc iusti scient cuncta que deus fecit sciēda: tam ea que preterita/q̄ ea que postmodum sunt. Ibi a singulis omnes: ibi ab oīnibus singuli cognoscentur: nec quēq; omnino latebit qua patria/qua gente/qua stirpe quis editus fuerit: vel quid etiam in vita sua fecerit. Si autem fueris malus: vera oīno sapientia priuatus: tantis vrgeberis doloribus: vt non solum insipiens: verum etiam omnino fias et amens. ¶ Idem In illa vita si bonus fuerit: nihil patietur quod nolit: sed agere permittetur quodcunq; voluerit: si vero fuerit malus: ad omnia que noluerit cogetur: et ab omnibus que voluerit prohibebitur.

Finis.

¶ Explicit Parrhisijs per magistrum Bertholdum Rembolt Anno domini millesimo quingentesimo. xviij. die vero vndecima Decembris.